

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-32077/fragment/page=00000001

831

Nomine Curatorum Academiae Lugduno Batavae

eingegangen d. 30. Dec. 1851
als Geschenk für die D. M. G.
durch L. O. Fleischer.

Acc. 831.

I. C. 5.
(2.) 0.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-32077/fragment/page=00000002

CATALOGUS

CODICUM ORIENTALIUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE.

CODICUM ORIENTALIUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE

AUCTORE

CATALOGUS

R. P. A. DOZY.

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE

LUGDUNI BATAVORUM
apud E. J. BRILL.
Academiae Typographum.
MDCCCLI.

CATALOGUS

CODICUM ORIENTALIUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO BATAVAE

AUCTORE

R. P. A. DOZY,

PHIL. THEOR. MAG. LIT. HUMAN. DOCT., INSTIT. REG. NEERL. ET ACAD. HISTOR. MATRIT. CORRESP., SOCIET. ASIAT. PARIS. SOC. HONOR., HISTOR. PROF. P. E. IN ACAD. LUGD. BAT., ADIUT. INTERPRETIS LEGATI WARNERIANI.

BIBL. SOC. ORIEN. GERM.

VOLUMEN SECUNDUM.

LUGDUNI BATAVORUM,
apud E. J. BRILL,
Academiae Typographum.
MDCCCLI.

L. S.

Trado tibi, benevole lector, secundum Catalogi volumen. Reliqua volumina non a me, in aliis negotiis versante, sed a Doct. KUENEN accipies, cui labor continuandi Catalogi demandatus est.

R. D.

POESIS.

a. LIBRI ARABICI.

DVIII. (Cod. 1258 (2) Schult.)

Textus septem *Moallakât* sine Commentario scholiisve. Nitidus Codex, recentiori tempore exaratus.

DIX. (Cod. 628 Warn.)

Commentarius in septem *Moallakât*, auctore Abu-Djafar Ahmed ibn-Mohammed, vulgo *Ibno-'n-Nahhâs* dicto (+ 338). Codex bene exaratus est, anni notâ non additâ.

DX. (Cod. 1500)

Apographum Codicis praecedentis, ab A. Schultensio factum.

DXI. (Cod. 1509 Testa)

Codex sine titulo, nam initium desideratur. Est Commentarius in sex priores *Moallakât* (septima enim, Harithi, in hoc Codice desideratur), incipitque in nostro Codice a versu 15°. Moallakae Amro-'l-kaisi. Nomen Commentatoris latet. Leguntur quidem in capite folii 11 r. haec verba, fortasse ab eodem homine qui totum Codicem exaravit, scripta: شرح سبعيات معلقة للنحاسى, et praeterea in ultimo folio, absoluto Commentario subiunguntur haec: قال ابو جعفر فهذه آخر السبع

المشهورات على ما رايت اهل اللغة يذهبون اليه منهم ابو الحسن ابن كيسان وليس لنا ان نعترض فى هذا فنقول من الشعر ما هو اجود من هذا الخ; ex quibus efficias, Commentarium conscriptum esse ab Abu-Djafar ibno-'n-Nahhás, vel an-Nahhás, ut etiam appellatur. Obstat vero quod hic Commentarius alius est atque ille quem scripsit Ibno-'n-Nahhás, quique Codice 628 continetur. Noster itaque liber alium habet auctorem, qui scilicet Ibno-'n-Nahhási Commentario usus est. Ex collatione Codicis, titulo instructi, qualis fortasse in aliâ Bibliothecâ adest, patere poterit quis reverâ auctor sit huius Commentarii. Hanc ob causam describo Commentarium ad vs. 15 Moallakae Amro-'l-kaisi: واذا يحلل ويروى لم يحلل لم يحرك ويروى انحرفت له وقال ابن الانبارى تقول (يقول l.) كانت تحته فاذا بكى الصبى انصرفت له بشق ترضعه وهى تحته وانما تفعل هذا لان هواها معه ويروى اذا ما بكى من حبها وقال ابو جعفر النحاس معنى البيت انه لما قبلها اقبلت تنظر اليه والى ولدها وانما يريد بقوله انصرفت له بشق يعنى انها اماكت طرفها اليه وليس يريد ان هذا من الفاحشة لانها لا تقدر ان تميل الى ولدها بشقها فى وقت يكون اليها منه ما يكون وانما يريد انه يقبلها وخدها تحته ☆

Verba an-Nahhási quae hic citantur, reverâ leguntur in Codice nostro 628, in quo praeter illa nihil ad vs. 15 adscriptum est.

Codex bene exaratus est et antiquus videtur, sed octo folia ultima recentiori et incomtâ manu exarata sunt.

DXII. (Cod. 1504)

Commentarius in septem *Moallakát*, auctore Abu-Abdolláh al-Hosain ibn-Ahmed ibno-'l-Hosain *az-Zauzani* (+ 486). Additum est Cabi ibn-Zohair carmen panegyricum in Moham-

medem cum Commentario. Codex negligenter exaratus est anno 1044.

Hunc Codicem, olim Scheidii (Catal. n. 17), tum Paravii, in auctione publicâ, Amstelodami a. 1839 habitâ, emit Bibl. nostra.

DXIII. (Cod. 292 Warn.)

Commentarius in septem *Moallakât*, auctore Abu-Becr Jahjá ibn-Ali *at-Tibrízi* (+ 502).

Codex negligenter exaratus est anno 1016.

DXIV. (Cod. 68 Gol.)

Commentarius in septem *Moallakât*. »Inspexi semel," ait Reiskius in Prologo ad Tarafam (p. XI), »ut viderem quid »libri esset. Sed offendi nudas et jejunas difficiliorum verbo»rum explicationes, praeter ultimum Haretz ibn Heltza, quod »egregio, ut videbatur, et densis poëtarum citatis gravi, »commentario instructum eminebat."

Additum est Cabi ibn-Zohair carmen panegyricum in Mohammedem, cum Commentario. In ultimâ paginâ scripti sunt octo versûs priores carminis as-Schanfarái, addito Commentario.

Codex bene exaratus est anno 883.

Praeterea in Codice 1496 (qui inter Collectanea describetur) exstant, praeter alia, H. A. Schultensii versio Latina et explicatio Moallakae Amro-'l-kaisi et apographum *τῶν Moallakât*.

DXV. (Cod. 87 Gol.)

Al-Hámásah; notissima illa fragmenta antiquorum poëtarum, quae ab Abu-Tammám Habíb ibn-Aus Tájensi (+ 231) collecta sunt.

Hic Codex, nudum textum continens, optime et omnibus fere vocalibus additis scriptus est, anno 699. Cl. Bernstein, cui aliquando hic Codex commodatus fuit, iam vidit, lacunam esse in hoc Codice post carmen 41um; carminis 42i in-

scriptionem tantum superesse et quae sequi deberent desiderari usque ad carminis 58i ultimum versum.

DXVI. (Cod. 181 Gol.)

Aliud exemplar eiusdem operis, cum glossis marginalibus. Cf. quae de hoc Codice monui in Prologo ad huius Catalogi volumen primum, p. XVIII—XX.

Aliud exemplar cum scholiis margin. est in Bibl. Bodl. (Uri) 1207.

DXVII. (Cod. 569 Warn.)

Tertium exemplar eiusdem operis, cum Commentario al-Marzukii (+ 421), de quo cf. Cl. Freytag in Praefatione ad al-Hamásae versionem Latinam, p. XVIII sq. Apud al-Kiftium, in *Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dhahabío factâ (Cod. 654, 3), haec tantum de eo leguntur: احمد بن محمد ابن الحسن المرزوقى ابو على النحوى الاصبهانى احد علماء وقته فى الادب والنحو مات فى ذى الحجة سنة ٤٢١; sed apud as-Sojutium in *Vitis Grammaticorum* (Cod. Doct. Lee fol. 67 r.) haec occurrunt: احمد بن محمد بن الحسن الامام المرزوقى ابو على من اهل اصبهان كان غاية فى الذكاء والفطنة وحسن التصنيف واقامة الحجج وحسن الاختيار وتصانيفه لا مزيد على حسنها قرأ على ابى على الفارسى ودخل عليه الصاحب ابن عباد فلم يقم له فلما ولى الوزارة جفاه صنّف شرح الحماسة، شرح الفصيح، شرح الملفّصليات، شرح اشعار هذيل، شرح الموجز وغيرها ومات فى ذى الحجة سنة ٤٢١ ☆

De ipso Comment. et de hoc Cod., anno 704 exarato, cf. Cl. Freytag l. l. Alia exempl.: Bodl. (Uri) 1199, 1218; Alger. (p. 8).

DXVIII. (Cod. 396 Warn.)

Quartum exemplar eiusdem operis, cum Commentario at-

Tibrízii (+ 502), a Cl. Freytag ex nostro Codice edito. Codex descriptus est ex auctoris autographo, anno 560.

Alia exempl.: Paris. 50 (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 58); Bodl. (Uri) 1218 (2) (fragmentum).

DXIX. (Cod. 1346)

Schroederi versio et explicatio carminum *al-Hamásae*, illorum scilicet quae a Schultensio edita non sunt.

Emtus Groningae ex Bibl. Schroederi.

Exempl. *al-Hamásae* sine Commentario: Paris. 49 (apud Flügel l. l.); Bodl. (Uri) 1251, (Nic.) 309, 310, 311, 326 (parvum fragmentum), 335 (7) (fragmenta); Havn.; Mus. Asiat. Petr. (2 expl.); Escur. 478; Cid- Hammouda (p. 16); Soc. Asiat. Calc. (p. lv). Commentarius Ibn-Djinníi est in Bibl. Paris. (191 ap. Flügel., *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 10); in Bibl. Escur. est Comment. Abu-'l-Fotuh Thábit al-Djordjání (n. 287) et Comment. Ibn-Malkun.

DXX. (Cod. 889 Warn.)

Hamásah al-Bohtoríi, i. e. antiqua carmina ab Abu-Obádah al-Walíd ibn-Obaid al-Bohtorí, qui et ipse egregius erat poëta (+ 284), collecta ex anthologiâ poëticâ quam composuerat al-Fath ibn-Khácán, wezírus al-Motawakkili, qui unâ cum hoc khalífâ interfectus est anno 247. Titulus in nostro Codice est: كتاب الحماسة تاليف ابى عبادة الوليد بن عبيد البحترى [1] عفا الله عنه اختاره من اشعار العرب للفتح بن خاقان معارضةً لكتاب الحماسة الذى ألّفه ابو تمام حبيب بن اوس الطاءى رحمهما الله وعفا عنهما رواية ابى العباس احمد بن محمد

1) In Codice scriptum est al-Bohtarí cum *fathâ;* sed Ibn-Khallicán (Fasc. IX, p. ۱۴۶ ed. Wüstenfeld) non *ta* sed *to* pronuntiandum esse docet.

المعروف بابن ابى خلد الأَحْوَل عن ابيه عن البحترى رحمه الله.

Postremis verbis inest difficultas gravissima. Etenim fieri non potest ut Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Mohammed, vulgo Ibn-abí-Khálid al-Ahwal dictus, haec carmina coram patre, et hic coram ipso al-Bohtorío legerit; nam Ahmed ibn-abí-Khálid al-Ahwal saeculo *ante* al-Bohtoríum floruit; wezírus erat al-Mamuni et anno 210 diem supremum obiit; v. Nobil. de Slane ad versionem Anglicam Ibn-Khallicánis, I, p. 20, ann. 9.

Constat liber 147 capitibus, veluti: ١ فى ما قيل فى حمل النفس على المكروه عند الحرب ٢ فى ما قيل فى الفتك ٣ فى ما قيل فى الاصْطحار للاعداء ٤ فى ما قيل فى محاملة الاعداء ٥ فى ما قيل فى الاطراق حتى تمكن الفرصة ٦ فى ما قيل فى بقاء الاحنة ونُمُوّ الحقد وان طال عليهما الزمان ٧ فى ما قيل فى الانف والامتناع من الضيم والخسف ٨ فى ما قيل فى ركوب الموت خشية العار ٩ فى ما قيل فى الاستسلام والاغضا على الذل بعد الامتناع ١٠ فى ما قيل فى التحريض على القتل بالثار وترك قبول الدية, et sic porro.

Codex noster unicus videtur in Europâ. Continet 400 paginas quadruplicatas minores. Anni notâ caret; attamen in titulo aureis literis scriptum est, eum exaratum esse ut deponeretur in bibliothecâ Fakhro-'d-dini Lulu (برسم الخزانة السعيدة الولوية الاجلّيّة الفخرية). Summâ cum curâ scriptus est et permultae vocales additae sunt.

DXXI. (Cod. 549 Warn.)

Díwán Hodhailitarum. Titulus in Codice est: كتاب شرح اشعار الهُذَليين مِمّا صنعه ابى (sic) سعيد الحسن بن الحسين

السُّكّرى ۞ رواية ابى الحسن على بن عيسى بن على النحوى
عن ابى بكر احمد بن محمد الحلوانى عنه ۞

Benu-Hodhail, virtute bellicâ et poëtico ingenio clari, pertinent ad Arabes Modharitas. Ab antiquis inde temporibus in vicinitate Meccae habitabant et nostrâ aetate eadem adhuc incolunt loca [1]. Multa poëmata antiquorum poëtarum huius tribûs hoc Codice continentur, commentario as-Sokkarii illustrata, veteris et de antiquâ Arabum poësi optime meriti philologi, cuius vitam, ex as-Sojutii *Vitis Grammaticorum* (Cod. Doct. Lee fol. 93 v.) descriptam, hac datâ opportunitate publici iuris faciam:

الحسن بن الحسين بن عبيد الله [2] بن عبد الرحمن بن
العلا بن ابى صُفْرة [3] بن المهلب العتكى المعروف بالسكرى ابو
سعيد النحوى اللغوى الراوية الثقة المكثر كذا ذكره ياقوت وقال
سمع يحيى بن معين وابا حاتم السجستانى والرياشى وخلقًا
واخذ عنه محمد بن عبد الملك التاريخى وكان ثقة صدوقا
يقرى القران وانتشر عنه من كُتُب الادب ما لم ينتشر عن احد
من نظرائه وكان اذا جمع جمعا فهو الغاية فى الاستيعاب والكثرة
وصنّف النقائض، النبات، الوحوش، المناهل والقرى، الابيات
السائرة، وجمع شعر جماعة من الشعراء منهم امرى القيس والنابغة
الذبيانى والجعدى وزُهَيْر ولبيد وغيرهم وعمل من اشعار القبائل
شعر بنى هذيل وبنى شيبان وبنى يربوع وبنى ضَبّة والازد وبنى

---

1) V. Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes*, I, p. 193.

2) Al-Kifti (Cod. 654, 3) habet عبد الله.

3) Sic legitur apud al-Kiftium (qui post المهلب addit بن ابى صفرة). In as-Sojutii Codice pro صفرة perperam legitur صفر.

نهشل وغيرهم مولده سنة ٢١٢ ومات سنة ٢٧٥ وقال الزبيدى ٧٠ ☆ ١

Ex as-Sokkarii exemplari descripsit poëmata et Commentarium Abu-Becr Ahmed ibn-Mohammed ibn-Acim al-Holwáni, qui discipulus erat as-Sokkarii, et, quamquam incomtam scribebat manum, praeceptoris sui opera accurate describere solebat; ait enim al-Kifti in *Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dhahabío factâ (Cod. 654, 3): احمد بن محمد ابن عاصم الحلوانى قريب ابى سعيد السكرى روى عنه كتبه واخذ عنه الادب وله خط قبيح الا انه صحيح. Ex al-Holwánii exemplari suum descripsit grammaticus ar-Rommáni (+ 384), cuius vitam scripserunt Ibn-Khallicán, al-Kifti et as-Sojuti. Hic itaque in libro nostro constanter loquitur.

Codex noster optime scriptus et antiquus est, anno scilicet 539 absolutus. Omnes fere vocales versibus additae sunt, complures quoque Commentario. Continet folia 204 formae quae in folio dicitur minoris. Librarii subscriptio haec est: تمّت اشعار الهذليين عن ابى سعيد السُّكّرى رحمه الله والحمد لله اولا وآخرا وصلى الله على سيدنا محمد النبى وآله وسلم تسليما كثيرا ابتدأت بكتابة هذا الكتاب منذ مدة طويلة فكتبْتُ المجلد الاول وقراته على شيخنا ابى منصور بن الجواليقى امتع الله به ثم تركتُ وعدتُ الى الكتابة والقراة فكان مدة ذلك بضع عشرة سنة اخرها اخر شعبان من سنة تسع وثلثين وخمس مائة وكتب محمد بن على العتابى, et in notâ marginali: كتبتُه من خط السمسمى وقابلت به نسخة الحميدى وبعضه مقابل بنسخة

1) Al-Kifti itidem refert, as-Sokkarium anno 275 diem supremum obiisse; sed Ibn-Káni quem citat (in Codice ابن مانع scriptum est), anno 290 eum mortuum esse statuit.

شيخنا التى بخط يده وبغيرهما من النسخ الموثوق بها فصحّحتْ بحمد الله ومنّه. Codex itaque exaratus est, decem circiter annorum spatio (nam absoluto volumine primo librarius laborem suum aliquamdiu intermisit), a Mohammed ibn-Alí al-Attabí. Erat hic doctissimus philologus Bagdádensis, qui, testibus al-Kiftío et as-Sojutío, in *Vitis Grammaticorum*, pulchre quoque et emendate a se exaratis Codicibus inclaruit; postremi auctoris verba, ex Codice Doct. Lee (fol. 30 r.) descripta, hac datâ opportunitate publici iuris faciam: محمد ابن على بن ابراهيم بن زبرج العتابى [1] ابو منصور بن ابى البقا قال ابن النجار كان اماما فى النحو ومعرفة العربية متصدرا [2] لاقراء الناس ويكتب خطّا مليحا صحيحا [3] قرا النحو على ابى السعادات ابن الشجرى واللغة على ابى منصور الجواليقى وسمع الحديث من جدّه لامّه ابى العباس احمد بن الحسين بن قريش وابى القاسم هبة الله بن الحصين وابى بكر محمد بن عبد الباقى الانصارى وغيرهم وحدث باليسير سمع منه القاضى ابو المحاسن عمر بن على بن الخضر القرشى وابو المفاخر محمد ابن محفوظ الجَرْباذقانى وعبد الرحمن بن يَعيش بن سعدان القوارىرى وكانت بينه وبين ابى محمد بن الخشاب مناقرات

1) من اهل محلّة العتابيين احدى محالّ الجانب الغربى, ait al-Kiftí (*Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dhahabío facta, Cod. 654, 3). Intelligenda est pars occidentalis *Bagdádi*; cf. *Lobbo'l-lobáb.*

2) Quod ad significationem attinet, quae h. l. Vae formae verbi صدر propria est, cf. locus Ibno-'l-Khatíbi (Cod. Cl. de Gayangos fol. 26 r).: تصدّر للاقراء ببلده على وفور اهل العلم فكان سابق الحلبة ☆

3) Al-Kiftí: وله الخط المليح وكتب الكثير على الشريف ابن الشجرى وعلى الشيخ ابى منصور بن الجواليقى ☆

ومنـاثرات ولد فی ربیع الاول سنة ۴۸۴ ومـات یوم الثلاثا خامس عشر جمادی الاولی سنة ۵۵۹. Descripsit porro hunc Codicem Mohammed ibn-Alí al-Attábí ex Codice ab as-Simsimío exarato, qui et ipse celebratus grammaticus saeculo quarto floruit, multisque emendate a se scriptis Codicibus inclaruit (صاحب خط صحیح, ait al-Kiftí, et as-Sojutí: متقن فی الصحّة کتب الکثیر الخط) et anno 415 diem supremum obiit [1]. Contulit praeterea Mohammed ibn-Alí Codicem, ab as-Simsimío exaratum, cum alio quem exaraverat al-Homaidí (fortasse Mohammed ibn-Fotuh, qui in Hispaniâ natus erat, sed anno 448 patriâ relictâ in Orientem profectus Bagdádum sedem transtulit); partem contulit cum Codice exarato ab Abu-Mançur ibno-'l-Djawálikí [2], celebrato itidem philologo Bagdádensi, qui nitide et accurate a se scriptis Codicibus clarum nomen adeptus est (ملیح الخط والضبط, ait as-Sojutí) et anno 539 obiit [3], eodem illo

---

1) Proprium eius nomen erat: Abu-'l-Hasan Alí ibn-Obaidolláh ibn-Abdo-'l-gaffár.

2) Proprium eius nomen erat Mauhub ibn-Ahmed. Lexicon vocum peregrinarum, ab eo compositum, supra descripsimus, Vol. I, p. 72.

3) In as-Sojutii Codice quo utor, mense Moharrami anni 465 obiisse legitur; quod admitti nequit, nam ex subscriptione Codicis Díwáni Hodhailitarum patet, eum anno 539 adhuc inter vivos fuisse; ubi enim Mohammed ibn-Alí de eo loquitur, ait: امتع الله به; quae formula nonnisi de vivis usurpatur. Confusus vero est, aut ab as-Sojutío, aut a Codicis librario, annus quo natus cum illo quo mortuus est Ibno-'l-Djawálikí, ut patet ex al-Kiftío et ex Ibn-Khallicáne (Fasc. IX, p. ۴۳), qui eum anno 466 (non 465) natum, et mense Moharrami anni 539 mortuum esse tradunt. De anno obitûs fortasse recte traditum est, non ita de mense; nam ex subscriptione Díwáni Hodhailitarum patet, Ibno 'l-Djawálikíum mense Schabáni adhuc in vivis fuisse. Abulfedá (*Ann.* III, p. 495) eum anno 540 obiisse statuit. Caeterum non *totum* librum Ibno-'l-Djawálikío praelegit Mo-

quo Mohammed ibn-Alí apographum suum absolvit. Hoc Ibno-'l-Djawálikío, discipulo at-Tibrízíi huiusque successore in Academiae Nidhámiticae cathedrâ, praeceptore usus erat Mohammed ibn-Alí in literis humanioribus addiscendis; huic Codices à se scriptos praelegere solebat (cf. supra pagina 9 ann. 3) et hunc quoque, ut ipse testatur, praelegit. Alios praeterea Codices fide dignos se contulisse affirmat.

Accuratissimis itaque Codicibus quos Lugduni Batavorum habeamus, hic Codex, quem a multis librariis ex praeclarâ scholâ Bagdádensi expolitum dixeris, summo iure annumerandus est. Accedit, quod opus continet praestantissimum et rarissimum. Sed quo maior cum operis tum Codicis est praestantia, eo magis doleo hoc addendum esse, me reperisse hoc volumine dimidiam tantummodo operis partem contineri. Vulgata enim erat opinio, nos totum Hodhailitarum Díwánum habere. Diu est ex quo dubitabam; nonnulla enim carmina, ab antiquis Hodhailitis composita et a variis scriptoribus laudata, frustra in nostro Codice quaesiveram. In subscriptione praeterea mentio fit de volumine *primo*, quum noster Codex in duo volumina divisus non sit. Mirum denique mihi visum est, Codici nostro, statim post *bismillam* a verbis شعر مالك ابن الحرث incipienti, nec doxologiam nec praefationem praemissam esse. Recte me suspicatum esse iam compertum habeo. Primo Codicis folio, in quo titulus exstat, charta alba agglutinata erat, quum non adeo dilaceratum esset, ut chartâ agglutinatâ resarciri plane necessarium fuerit. Suspicatus igitur sum, chartam albam esse agglutinatam a quodam bibliopolâ, eo consilio ut verba *volumen secundum* obtegeret, et emturo persuaderet *totum* Hodhailitarum Díwánum hoc volumine contineri; quod

---

hammed Ibn-Alí, nam fol. 178 r. exstat huius viri glossa marginalis: بلغت قراءة الى هاهنا انتهت قراتى عليه رضى الله عنه, quam quum scriberet iam mortuus erat Ibno-'l-Djawálikí.

si ita est, consecutus est quod sibi proposuerat; nam per duo saecula (tantum enim tempus Codex in nostrâ Bibliothecâ adest) putarunt viri docti, integrum opus Lugduni Batavorum asservari. Chartam auferri curavi. En! comparuerunt verba, ab ipso antiquo librario, Mohammede ibn-Ali, exarata: الجزو الثانى. Chartam praeterea, paullo inferius agglutinatam, auferri iussi; sed literae, quae illâ tegebantur, adeo a glutine sunt absorptae, ut magnâ ex parte non amplius legi possint. Comparuerunt tamen verba, itidem ab antiquo librario exarata: ابى منصور ابن الجواليقى رحمه, et: المجلد الاول والنصف من هذا المجلد الثانى. Certissimum itaque nunc est, nostro Codice solum volumen secundum idemque ultimum contineri. Postea vidi, ex inscriptionibus *corrásarum* idem patere. Harum quidem pleraeque a bibliopegâ abscissae sunt, sed fol. 113 r. adhuc legitur: ثانية عشرة من ثانى شرح الهذليين, et fol. 123 r.: ثالثة عشرة ثانى شرح الهذليين.

Solius itaque voluminis secundi summam tradere possum. Continet haec: Fol. 1 v.: شعر مالك بن الحرث وقال مالك ابن الحرث اخو بنى ملك بن الحرث بن تميم بن سعد بن هذيل ✡ وقال الجُمَحِىُّ اخو بنى كاهل حُلَفاء هذيل وكاهل اخو ثَقِيف, carmen 19 versuum in ـَاحُ, cui subscripta sunt haec: هذا جميع ما روى لملك بن الحرث.

Fol. 3 r.: شعر صَخْر الغَىِّ وشعر ابى المُثَلَّم وجُعِل شعرُهما فى باب واحد لان بينهما نقائض قال صخر الغى ابن عبد الله الخُثَعَمِىُّ احد بنى عَمْرِ بن الحرث يرثى اخاه ابا عَمْرٍو ونهشه

---

1) Chartula agglutinata, quae ut servaretur curavi, luci obversa legenda est; qui quod facit, videbit longissimum esse ductum literae ـجـ. Hoc monendum mihi erat, ne quis putet alia praeterea initio versûs esse scripta.

حيّة فمات وقد رُوِيَتْ لابى ذُوَيْب ويقال انها لاخى صخر الغى 25 versûs, يرثى بها اخاه صخرا ومن يرويها لاخى صخر الغى اكثرُ — Fol. 6 v. حدّثنا احمد بن محمد قال حدثنا ابو سعيد السكرى قال عمد صخر الى جار لبنى خُناعة بن سعد ابن هذيل ثم لبنى ارِمداء من بنى خناعة فقتله وهو رجل من مُزَيْنة وكان المُزَنىّ جارَ آل ابى المثلم فحرّض ابو المثلم قومَه عليه وامرهم ان يطلبوا بدمه فبلغ ذلك صخرا فقال يذكر ابا المثلم, 22 versûs in بُ. — 9 r. قال فبلغ صخرا ان ابا المثلم توعّده وحرض عليه فقال, 7 versûs in بُوثُ, et (9 v.) Responsum Abu-'l-Mothallami (10 versûs), etiam in بُوثُ. — Responsum Çakhri, 4 versûs in مِ, et Responsum Abu-'l-Mothallami (11 versûs), etiam in مِ. — 11 v. Responsum Çakhri, 7 versûs in لُ, et Responsum Abu-'l-Mothallami (22 versûs), etiam in لُ. — 15 r. حدثنا الحلوانى قال حدثنا ابو سعيد السكرى قال ثم ان صخر الغى خرج فى طائفة من قومه بعد مهاجاته ابا المثلم فاغار على بنى المصطلق من خزاعة فاحاطوا به وجُرِح فاستبطأ اصحابَه وانشأ يقول, 7 versûs in بَيَهْ. — Ibid. Alia Çakhri carmina, 4 versûs in عَهْ, 15 v. 4 versûs in لا, 2 in لِ, 4 in رَهْ. — 16 r. Çakhrum tunc ad necem dederunt, quem carmine celebravit Abu-'l-Mothallam, 8 versûs in سَانِ. — 17 r. وقال صخر الغى يرثى ابنه تَلِيدًا, 26 versûs in سَاما. — 19 v. Aliud Çakhri carmen in obitum Talídi, 5 versûs in سُودِ. — Ibid. وقال صخر حدثنا الحلوانى, 27 versûs in سِيفا. — 22 v. وهو اخو الأَعْلم قال حدثنا ابو سعيد السكرى قال كان رجل من طوائف هذيل

يقال له عامر بن العَجْلان صديقا لجارٍ لابى المثلم فكان الرجل اذا اراد صديقته عمدت امراةُ ابى المثلم الى جارتها فاجمعت بينها وبينه ثم انصرفت عنها فيمكث بذلك ما شاء الله ان يمكث ثم ان عامر بن العجلان اقبل ذات يوم زائرا لصديقته واقبلت امراةُ ابى المثلم بجارتها فاجمعت بينهما فمكثا غير بعيد ثم نهشتْ عامرَ بن العجلان حيّةٌ فعمدتْ صديقتُه وامراةُ ابى المثلم فجعلتا له من الشجر خيمة تَكُنُّه من الشمس وجعلتا تاتيانه وتختلفان اليه بطعام وشراب حتى استقلّ فافاق فقال فى ذلك عامر بن العجلان يريد ابا المثلم, 6 versûs in ض, et (23 v.) Responsum Abu-'l-Mothallami (12 versûs), etiam in ض, cui subscriptum est: هذا اخر شعر صخر وابى المثلم.

Fol. 24 v. شعر الأَعْلَم حدثنا الحلوانى قال حدثنا ابو سعيد السكرى قال قال ابو عبد الله والجُمَحى عبد الله بن ابرهيم اقبل الاعلم واسمه حبيب بن عبد الله وهو اخو صخرِ الغَيّ[1] ثم الخُثَعَمىّ واخوه صُخَيْر ومعه صاحب له حتى اصبحا مُدَّخِلَيْنِ بجبل يقال له السِّطاحُ بجَيْرَة بلدة معروفة فى يوم من ايام الصيف شديد الحرّ وهو متأبِّطٌ قِربةً لهم فيها ماءٌ فأَيْبَسَتْهما السمومُ حتى لم يكادا يبصران من العطش فقال الاعلم لصاحبه اشربْ من القربة لعَلّى أَرِدُ الماءَ فاشربُ منه وانظُرْنى مكانَك ☆ وقال ابو عبد الله فايبستهما الشمس والسموم فقال لصاحبه مكانك لعلّى ارد الماء فاشرب منه وبنو عَبْد بن عَدىّ بن الدِّيل من كِنانة على ذلك الماء وهو ماء الأَطْواء فهم فى ظلّ مستاخرون عن الماء قدرَ خذفةٍ

---

1) In margine: (i. e. صح الهذلى هذه اللفظة فى اصل الح (الجواليقى وليس فى اصل السمسمى ولا الحميدى ☆

فاقبل يمشى متنقّبا ووضع سيفه وقوسه ونبله دون صاحبه فلما برز
للقوم مشى رُوَيْدًا مشتملا فقال بعض القوم مَنْ ترون الرجل فقالوا
نراه احد بنى مُدْلِج بن ضَمْرة ثم قالوا لفتى من القوم الق الفتى
فاعرفْه ثم قال بعضهم ان الرجل اتيكم اذا شرب فدعوه فاقبل
يمشى حتى رمى براسه فى الحوض وادبر عنهم بوجهه فلما روى
افرغ على راسه الماء ثم اعاد نقابه ثم رجع طريقه رُوَيْدا وصرخ
القوم بعبد على الماء فقالوا هل عرفتَ الرجل الذى صدر قال
لا قالوا فهل رايتَ وجهه قال نعم هو مشقوق الشفه على حِينِ أَنْ
كان بينه وبين القوم رميةُ سهم قاصدة فقالوا ذاك الاعلم فعدوا
فى اثره وفيهم رجل يقال له جَذِيمة ليس فى القوم مثله عدوًا
فاغروه به فطردوه فاعجزهم ومرّ على سيفه وقوسه ونبله فاخذه ثم
مر بصاحبه فصاح به فضبر [1] معه فاعجزهم فقال الاعلم فى تلك
العدوة , 24 versûs in ـِبْ. — 26 v. وقال الاعلم يذكر فَرَّتَه من
بنى عبد بن عدى , 12 versûs in ـَالِ. — 28 r. Aliud al-Alami
carmen , 7 versûs in ـُولُ. — 28 v. وقال الاعلم وكان أُعْطِىَ بعيرا
فنحره لصبيته وكان اعجف فعابت عليه جارُه له ذلك اللحم
فقال ولم يروها ابو نصر , 6 versûs in مِ. — 29 r. وقال الاعلم ونزل
برجل من بنى زُلَيْفة بن صُبْح بن كاهل بن الحارث بن تميم
ابن سعد بن هذيل يقال له حُبشىٌّ ومعه بنون له صغار فلم يُضِفْه
ولم يَقْرِه ولم يصنع به خيرا فقال الاعلم ولم يروها ابو نصر ولا ابو
عبد الله ولا الاخفس ورواها الباهلى والجمحى , 6 versûs in مُها. —
29 v. Aliud al-Alami carmen , 4 versûs in ـِيف. —

---

1) Addita est glossa, minutis literis scripta, وثب.

Fol. 30 v. شعر ساعدة بن العَجْلان ✡ هذا يوم العريش ✡ حدثنا الحلوانى قال حدثنا ابو سعيد السكرى قال اقبلت بنو ضَمْرة بن بكر غازين بنى خُثَيْم بن عَمْر بن الحارث بن تميم بن سعد بن هذيل فاصابوا فى غزوتهم تلك رجلا من هذيل من بنى خزيم يقال له مسعود بن العجلان فقام فقال اى قُلُ ولدت شاتُكم جُدَيًّا واخذ جَدْيا فرفعه بيده فقال له تسعون خُصَيًّا فاعجل ولا تذر فى الدار حيّا فاتاه القومُ يشتدُّون فاخبرهم بمكان القوم فقال اخوه ساعدة بن العجلان بنو ضمرة بمحلوفه فتلطّف بعضُ القوم لرقيبهم فقتله ثم اقبلوا نحو العريش [1] فبدرهم ساعدة فاطّلع فى العريش فقال يا لهفى اذهبوا فلم يروهم الا ذاهبين فتبعوهم فقتلوهم فلم يَنْجُ منهم احد الا خُصَيْب فقال ساعدة بن العجلان — يـ. 13 versûs in يدُ, رواها الاصمعى ولم يروها ابن الاعرابى 31 v. فَرَّتَه. — 32 v. 9 versûs in دُ, وقال خُصَيْب الضمرى يذكر فلما رجع خصيب الى اهله صاح به النساء وعَيَّرْنَه الفرارَ فقالت امرأته ما اراك الا صحيح الجلد وقد اصيب قومك فقال خصيب, 2 versûs in بِ. — Ibid. وقال ساعدة بن العجلان يرثى اخاه مسعودا, 10 versûs in عِ.

Quod ad reliqua attinet brevior ero et capitum tantum inscriptiones describam.

33 v. شعر ابى جُنْدَب. — 41 r. شعر مَعْقِل بن خُوَيْلِد. — 49 v. شعر مالك بن خالد. — 58 v. شعر ابى العِيَال وبدر بن عامر الخُنَاعى. — 70 r. شعر أُمَيَّة بن ابى عائذ وشعر سَهْم بن أُسامة. — 88 v. واياس بن سهم بن اسامة مع شعر امية فى باب واحد

1) In margine haec est glossa: تتوخذ دعائم فتظلّل.

شعر عَمْرو ذى الكَلْب عن ابى عَمْرو .v 92 — .شعر حُذَيْفة بن أَنَس والاصمعى وشعر ابن تُرْنُسى الهذلى وشعر جَنُوب اخت عَمْرو وشعر — .سَرِيع بن عِمْران الهذلى وشعر عمرة اخت عمرو فى باب واحد — .شعر الداخل بن حِزَام .v 105 — .شعر قيس بن العَيْزارة .r 99 شعر المعطّل الهذلى (يوم .r 110 — .شعر ابى ذُرَّة الهذلى .v 108 — .شعر ربيعة بن الجَحْدَر .v 112 — .وَكَف الرِّماء وهو يوم المَرخة) شعر ربيعة بن .v 115 — .شعر رجل من هذيل لم يُسَمَّ .r 115 شعر عُرْوة بن مُرَّة اخو ابى خراش ويقال هى .r 117 — .الكَوْدَن — .شعر الأَبَح وسارية بن زُنَيْم فى باب واحد .v 117 — .لابى ذُؤَيْب شعر ابى شِهَاب المازنى .v 123 — .شعر عبد مناف بن رِبْع .r 118 .v 126 — .شعر ابى ضَبّ (يوم الحُلَيْمة) .v 125 — .(يوم البَوْباة) .r 133 — .شعر ابى بُثَيْنة .r 131 — .شعر ابى قِلابة (يوم الأَحَيْث) شعر .v 139 — .شعر البُرَيْق الخُنَاعى .v 133 — .شعر ابى أَرَاكة شعر عبد بن .v 140 — .العَجْلان بن خُلَيْدة (يوم ظَهْرِ الحَرَّة) شعر ابى المُوَرِّق ورجل اخر من .v 142 — .حَبِيب (يوم سُمْيٍ) شعر .r 144 — .شعر ابى الرَّعَّاس .v 143 — .هذيل (يوم المُغَمَّس) سَلْمى بن المُقْعَد وشعر عمر بن ابى جَمْرة وشعر عَمْرو بن قيس شعر عَمْرو بن .r 149 — .وشعر ساعدة بن عَمْرو (يوم ذى خَمَاط) شعر .v 152 — .شعر عامر بن سَدُوس .v 151 — .هُمَيْل (يوم غَزَال) شعر .v 153 — .شعر اياس بن جُنْدَب .r 153 — .مُرَّة بن عبد الله يوم نُمار لبنى قُرَيْم فيه شعر رجل من .r 154 — .خالد بن زهير — .يوم ثَنِيَّة العَقِيق .r 156 — .يوم صُورة .v 155 — .بنى قريم .r 158 — .يوم الغار .r 157 — .يوم الحقاب وهو يوم نَعْمان .v 156 يوم عن الجُمَحى .v 158 — .(proelii nomen additum non est) يوم

شعر ابى عُمارة بن ابى .163 v — فيه شعر المُذال بن المعترض
طرفة. — 164 v. شعر عبد الله بن ابى ثعلب. — 166 r. حديث
شعر عِياض .167 r — شعر ابى الحَمَّان .166 v — رجل من هذيل
شعر .168 v — ابن خويلد ورجل من هذيل وقيس بن العَجْوة
— شعر ابى صَخْر الهذلى .169 v — عبد الله بن مُسْلِم بن جندب
187 r. شعر مُلَيْح بن الحَكَم.

Praeter poëtas et proelia quorum nomina descripsi, de multis aliis proeliis sermo est multorumque aliorum poëtarum versûs adducuntur. Ex iis quae descripsi apparuit indoles libri, qui non, ut *al-Hamásah*, anthologiam continet, sed omnia carmina, ab Hodhailitis composita, quae Arabum philologis innotuerunt; mirum quantum conferre possit ad antiquam Arabum poësin, historiam, mores, cogitandi sentiendique rationem melius cognoscendas. Sed quod ante hos centum annos Albertus Schultens de *al-Hamásâ* dixit, mihi nunc de Díwáno Hodhailitarum dicendum est: »Quae excerpsi, desideria non explebunt Philarabum, quorum interest ut universus hicce Thesaurus sincerae et castae antiquitatis in dias luminis oras emergat!" Futuro editori Codex Parisiensis (n. 53 ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.* p. 58) conferendus erit, qui totum opus, si certe Catalogo fides habenda est, continet, agendumque ei erit de philologis qui poëmatibus Hodhailitarum colligendis operam dederunt quorumque nomina, sed non omnia, in meis excerptis iam enotata sunt.

DXXII. (Cod. 1501)

Apographum Codicis praecedentis, factum ab Alberto Schultensio; Commentarius decurtatus est, liberque pessimâ manu, utpote Alberti Schultensii, scriptus. Ex hoc apographo factum est apographum Reiskii, ex quo factum est apographum Lettii, quod servatur in Bibl. Gissensi (cf. Adriani *Catal.*

p. 44). Fragmenta quaedam, ex nostro Codice descripta, possidet Bibl. Inst. Reg. Neerl. (n. 102 et 103).

DXXIII. (Cod. 901 (2) Warn.)

Fragmenta diversarum elegiarum, ab antiquis poëtis compositarum. Collecta sunt a doctissimo philologo Ibno-'l-Arábi (ابن الاعرابى) (qui anno circiter 230 obiit), cui, utpote praeceptori, ea recitavit Thalab, omnium grammaticorum scholae Cufensis princeps (+ 291). Ex Thalabi exemplari descripta sunt ab al-wazíro 'l-Magribí; sic enim vulgo vocabatur Abu-'l-Kásim al-Hosain ibn-Alí (+ 418), vir, cum propter personam et partes quas in rebus politicis sustinuit, tum propter doctrinam et multa quae composuit opera, celebratissimus (vide eius vitam apud Ibn-Khallicánem, I, p. ٣٣٩ sqq. ed. de Slane). Nostrum denique exemplar anno 545 descriptum est ex exemplari al-waziri al-Magribii a viro doctissimo, Alí ibn-Thirwán ibno-'l-Hasan al-Kindí, de quo in al-Kiftíi *Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dhahabío factâ, leguntur haec (Cod. 654, 3): على بن ثروان بن زيد [1] بن الحسن الكندى ابو الحسن ابن عم ابى اليمن زيد بن الحسن الكندى كانت له معرفة حسنة بالادب ويقول الشعر اصلهم من بلد الجابور وقدم بغداد واقام بها وقرا الادب على ابن الجواليقى وسمع الحديث وانتقل بعد ذلك الى دمشق وسكنها وتوفى بها قريبا من [2] سنة ٥٦٥ وكان يكتب خطًّا حسنا صحيحا; quibus haec addo, ex as-Sojutío (Cod. Doct. Lee, fol. 142 r.) desumta: قال [3] فى الخريدة اصله من الجابور ورايته بدمشق مشهودًا له

1) ابن زيد nec in subscriptione nostri exemplaris Diwáni Amro-'l-kaisi nec apud as-Sojutíum legitur.

2) Pro قريبا من as-Sojutí habet بعد.

3) I. e. Imádo-'d-dín Ispahanensis.

بالفضل مشهورا بالمعرفة موثوقا بقوله ـ ـ ـ وله شعر كثير. Nimirum hic Codex 901 continet *primo* loco Díwánum Amro-'l-kaisi, de quo vide infra n. DXXX, ubi subscriptionem dabo; *secundo* loco continet opus de quo agimus, cuius primae paginae (totius Codicis p. 119) haec inscripta sunt: كان بخط الوزير ابى القسم المغربى على وجه الجزء ما هذا حكايته جزء جميعه منسوخ من خط ابى العباس احمد بن يحيى (i. e. Thalab) ونسخة ترجمته بخطه رحمه الله مقطعات مراثى قرأته كله على ابن الاعرابى. Maximi igitur pretii est hic Codex, unicus in Europâ quantum scio, quandoquidem ipse antiquus ex antiquo exemplari descriptus est a docto grammatico qui, teste al-Kiftío, cum eleganter tum emendate aliorum opera describere solebat. Optime reverâ scriptus est Codex et omnibus fere vocalibus instructus.

Iam quod ad ipsum opus attinet, eius initio post *bismillam* haec leguntur: نقلت[1] من خط الوزير الكامل ابى القسم الحسين ابن على بن الحسين المغربى رحمه الله سمعت[2] ابن الاعرابى يقول العرب تقول من كل شىء تحفظ اخاك حتى ياخذ القناة، يعنون قضيبه الذى يشير به اذا تكلم وخطب، تقول اذا اخطأ فى المحفل لم تحفظه منه. Tum sequuntur elegiarum fragmenta, ex quibus nonnulla etiam in secundo libro *al-Hamásae* reperiuntur; sed textus al-Hamásae omnino cum libro de quo agimus conferendus est, nam variantium lectionum magnam offert copiam. Dabo indicem poëtarum quorum carmina referuntur, in quorum minus cognitis nominibus describendis addam vocales, in egregio nostro Codice obvias; ex hoc indice simul ar-

1) Loquitur hîc Alí ibn-Thirwán.

2) Sunt verba Thalabi.

gumentum singulorum carminum plerumque apparebit.

Post verba igitur quae supra descripsi, leguntur haec: وانشد ابن[1] لهند بنت معبد بن خالد بن نَصْلَة ترثى خالد بن حبيب بن خالد بن نصلة. — p. 122 وقال ابو الشَّغْب العبسى; margini antiquus librarius adscripsit: فى الحماسة هذه الابيات منسوبة الى عكرشة العبسى وهو يكنى ابا الشغب; est quidem carmen quod legitur *al-Hamásae* p. ٣٧٣, sed in nostro Codice decem versûs descripti sunt, in *al-Hamásá* quinque tantum. — p. 124 وقال اخر. — ibid. وقال عَقيل بن عُلَّفَةَ يرثى ابنه جَثَّامَةَ وقال محمد 125 — .ويروى لنُصَيْب ولعُرْفُطَةَ بن الطَّمَّاح الاسدى 128 — .ابن عبد الله بن المقفّع يرثى عبد الكريم بن ابى العَوْجاء 129 — .وقال عمرو بن يزيد يرثى اخاه. — ibid. وقال ابو نَدْبَةَ وقال حُصَيْن بن عُبَيْد الرِّبْعى 130 — .وقال ابو عَطاء يرثى ابن هُبَيْرة وقال جوّاب السَّلَمى 132 — .وقال سُوَيْد العُكْلى 131 — .يرثى اخاه .وقال سُليم بن رِبْعىّ يرثى اخاه مُضَرِّس بن 133 — .يرثى اخاه — .وقال حارثة بن بدر الغُدَانى يرثى زياد بن ابيه 134 — .ربعى وقال البَعيث يرثى الهِلْقام بن نُعَيْم بن 136 — .وقال العتّابى 135 وقال الفرزدق يرثى وَكيع بن ابى سُود. — ibid. .القَعْقاع وقال الحرث بن عمرو 139 — .وقال رجاء بن لقيط 138 — .الغدانى — .الفزارى يرثى بنى خالدة كَرْدم واخوته وهم بنو سعد بن حرام وقال جرير يرثى الوليد 141 — .وقال ابن الحنّاط يرثى رجلا 140 — .وقال يحيى بن زياد يرثى اخاه عمرًا[2] 142 — .ابن عبد الملك

---

1) I. e. Ibno-'l-Arábí.

2) Huic voci صح adscriptum est, et antiquus librarius praeterea margini haec adscripsit: قال ابو القسم كذا كان بخطه يعنى ثعلب.

143 — .وقال متمّم بن نُوَيْرة 144 — .وقال الأُبيرد اليربوعى 146
— .انشدت ام طَيْبة لقيس بن الصَّرّاع يرثى اخاه جارية بن الصراع
148 — .وقالت زينب بنت الطثرية ترثى اخاها يزيد بن الطثرية
149 انشد ابو عبد الله [1] لرجل من بنى حَنيفة يقال له مُحْرِز بن
151 وقال أَيْمَن — .وقال الفرزدق 150 — .علقمة يرثى اخاه شريكا
وقال البراء بن رِبْعىّ يرثى اخاه .ibid — .ابن حريم الاسدى
وقال راشع بن هزيم اليربوعى 153 — .وقال نُصَيْب 152 — .سُليما
وقال خالد بن نحل (sic) يرثى اخاه عمرا 154 — .يرثى خارجة
quod carmen, Ibno-'l-Arábio incognitum, a Thalabo additum
est (بخطّ ثعلب لم يعرفها ابن الاعرابى). — 155 وقال مطر بن
— .وقالت ام الصَّريح الكندية 157 — .جُبَيْر العجلى يرثى اخاه
وقال ابو السَّقّاح الثعلبى احد 163 — .وقال الضحّاك العقيلى 159
ولد بنى عُميرة بن طارق بن حَصبه يرثى يحيى بن مبَشّر
— .وقال مُرّة يرثى صُباح 165 — .اليربوعى وقُتل مع المُصْعَب
وقال 166 — .وقال بشير بن النَّكْث يعنى المِلْواح بنت هلال .ibid
167 — .معبد بن طَوْق بن معبد يرثى المُنْجاب بن المُعْتَمِر
وقالت مفضّلة الغزارية ترثى .ibid — .وللرُّقَيْع بن عُبَيْد الاسدى
وقال القُلاخ يرثى قبيصة بن ضِرار بن عمرو 168 — .محمدا الطائى
وقال 172 — .وقال عبد الله بن همّام السلولى 170 — .الضَّبّى
وقال متمم بن نويرة يرثى 173 — .تميم بن بدر يرثى ابن عم له
وقال عطاء 175 — .وقال عمرو بن مَعْديكَرِبَ 174 — .مالكا اخاه
وقال جَوّاب السُّلَمى يرثى 176 — .الشاعر يرثى يحيى بن زياد

---

1) I. e. Ibno-'l-Arábi.

ومن شعر مرداس بن عبد منية المُرّى من مُرّة بن 178 — .اخاه عُبيد السعدى قال وبعض الناس يرويها لعبدة بن الطبيب ۞

Primo huius carminis versu descripto, Codex abrupte desinit; ultima praeterea pagina situ et vetustate adeo detrita est ut nonnulla in illâ scripta vocabula non amplius legi possint. Opus igitur imperfectum est, et nunc 59 paginas octuplicatas continet. Monendum restat, praeter illa carmina quorum argumentum descripsi, alia quoque Codice contineri quorum auctores vago tantum modo indicantur, veluti وقال, وقال اخر اعرابى; glossas denique perraro esse additas.

Apographum huius Codicis, a Schroedero factum, est in Bibl. Inst. Reg. Neerl. (n. 114).

DXXIV. (Cod. 588 Warn.)

Codicis titulus vetustate passim detritus est, sed ex literarum ductibus qui supersunt, satis tute adhuc elici possunt verba quae antiquitus scripta erant. Est igitur titulus: كتاب الافْصاح فى شرح الابيات المشكلة .....ح صنعة الامام ابن أَسَد الكاتب رحمه الله تعالى وهو الجزء الاول ۞

Ibn-Asad al-kátib, libri auctor, obiit anno 410; v. Ibn-Khallicán, I, p. ۴۷۹ ed. de Slane; praeter hunc librum scripsit alium c. t. كتاب الحروف, quem citat Cod. nostri fol. 7 r.

Quod ad *al-Ifçáh* attinet, qui liber Hádjí-Khalífae non innotuisse videtur, est Commentarius in multorum poëtarum versûs, ab Ibn-Asad secundum homoeoteleuta alphabetice ordinatos, qui non tantum difficiles sunt sed etiam primo obtutu mali videntur, reverâ tamen pulchri sunt atque adeo eximii. Primus qui explicatur versus, compositus est ab Obaidolláh ibn-Kaisi 'r-rokaijáti.

Primum tantum volumen huius operis, cuius alterum exem-

plar mihi non innotuit, hîc habemus; desinit in explicatione versuum quorum syllaba finalis est س.

Hic egregius et multis vocalibus instructus Codex Ar. saeculo septimo scriptus mihi videtur. Continet 135 folia quadruplicata.

DXXV. (Cod. 994 *a* (3) Warn.)

α. P. 47—54. Duo poëmata, composita a Scharafo-'d-dín Mahmud ibn-Tai al-Adjlunî (Adjlun est castellum in Syriâ, cuius suburbium al-Báuthah vocatur; vide Abu-'l-fedái *Geogr.* p. ٢٤٤), vulgo *al-Hafí* dicto, المعروف بالحافي.

Primum carmen compositum est in laudem cuiusdam qui Kamálo-'d-dín Omar vocatur. Homoeoteleuton est عالي, et versûs numero sunt 57. Alterum compositum est quum, exeunte mense Rebí I anni 700, al-Báuthah (suburbium illud) maximo imbri afflicta fuisset, quo rivuli super ripas effusi sunt, et murus dirutus est; aqua in magnam quoque mosqueam penetravit, et kádhíus Kamálo-'d-dín a muro decidit aquisque submersus est. In huius itaque infelicem obitum hoc carmen compositum est, quod incipit a versu:

بَلَغَ الحاسدُ مِنّا ما تمنّا وغرابُ البينِ بالتفريق غنّا

Versûs numero sunt 44.

β. P. 55—63. Tria carmina, composita a Jahjá ibn-Khodhair ibn-Solaimán ibn-Badr as-Solamí al-Boçrâwí (qui anno 711 obiit, ut videbimus ad ζ) in laudem kádhíi Kamálo-'d-dín Abu-Hafç Omar ibn-Scharafo-'d-dín Mohammed, qui tunc (sunt verba inscriptionis) *hákim* erat in oppido Adhraát (اذرعات; pertinet ad provinciam Damascenam; v. Abu-'l-fedái *Geogr.* p. ٢٥٢). Primum compositum est mense Rebí II anni 708. Constat 31 versibus, quorum primus est:

واسمر كالخطّار قدّا اذا خطر فلا غرو ان اصبحت فى حبه سمر

Secundum constat 23 versibus; initium est:

اذا قيل لى من امام الزمان ومن واحد العصر فيما يقال

Tertium 25 constat versibus, quorum primus est:

جميل بثينة فيكم فوادى وليس شقاى الا من سعاد

Sequitur denique initium carminis, a poëtâ illo compositi in laudem kádhíi illius, fratrisque eius Aláo-'d-dín, qui khatíb erat in castello Adjlun, et tertii cuiusdam viri; sed ex hoc carmine praeter duos primos versûs nihil descriptum est.

γ. P. 64—65. Carmen, a Mohammede ibn-Solaimán, medio mense Dhu-'l-hiddjah anni 715, ex tempore compositum in oppido Adhraát, بمجلس الحكم, in laudem eiusdem kádhíi Kamálo-'d-dín Abu-Hafç Omar. 23 versûs, quorum homoeoteleuton est ـادى.

δ. P. 66—67. Carmen in laudem eiusdem kádhíi, ab Ibn-Dháfir al-Máredáni compositum. 27 versûs, quorum homoeoteleuton est ـال.

ε. P. 68—70. Carmen, a Scharafo-'d-dín Mahmud *al-Háfi* al-Adjluní (vide supra sub α) compositum in laudem eiusdem (ut videtur) kádhíi. 36 versûs, quorum homoeoteleuton est ـال.

ζ. P. 73—112. Duae *korrásae* quarum argumentum Codicis possessor quidam (in totius Codicis folio primo) satis bene indicavit verbis: اوصاف الغلمان. Pleraque enim horum carminum in pulchros pueros, nonnulla in pulchras puellas, in flores, in stellas caet., composita sunt. A quonam poëtâ profecta sint ex his 40 paginis non constat, ex quibus tantum apparet, omnia ab uno eodemque poëtâ esse composita; constat vero ex collatâ paginâ primâ opusculi de quo agimus, cum totius Codicis paginâ 130. Nam illa incipit his verbis: فى مليح اسمه موسى

يا سمى الكليم قلبى كليم للتناه والجسم منى سقيم

sequunturque 15 versûs. Idem autem carmen exstat etiam p. 130 sq., in quo Codicis loco aliâ manu descripta sunt carmina composita a Madjdo-'d-dín Jahjá ibn-Khodhair, de quo poëtâ (+ 711), qui Diwánum ediderat aliquot voluminibus constantem, haec referuntur in Codicis paginâ 127: قال لى مجد الدين يحيى بن خضير مولدى سنة خمس واربعين (i. e. 645) وتوفى رحمه الله وجه الصبح يوم الاثنين سابع رمضان المعظم سنة احدى عشرة وسبعمائة وكان مرضه عندنا باذرعات من مستهلّ رمضان سنة احدى عشرة فقصد ان يتمّ تمريضه عند اهله فمات ليلة وصوله الى بصرى الليلة المذكورة وكان حاضرا الى عندنا زائرًا وهو يومئذ اديب حوران وشاعرها وله اشعار جيدة وكان دوّنها فى مجلدات فمن شعره. Hic igitur poëta (cf. ad β) oriundus erat ex Syriae oppido Boçrá, haud procul ab Adhraát sito; quod postremum oppidum saepe visitabat, ut patet cum ex iis quae ad β dixi, tum ex notâ, a viro qui Adhraáti habitabat scriptâ, quam dedi.

η. P. 113—126. Eiusdem poëtae (cuius nomen in *korrásae* initio additum est) carmina quaedam; tum alia, composita a Sado-'d-dín ibno-'l-Mobáriz al-Adjluní (anno 709), Kamálo-'d-dín Omar ibn-Mohammed et Aláo-'d-dín ibn-Gánim.

ϑ. P. 127—132. Carmina Madjdo-'d-díni Jahjá, quibus praemissa est nota illa quam supra sub ζ descripsi.

ι. P. 133—179. Haec reliqua Codicis pars oratione solutâ conscripta est. Primo loco occurrit صدر صداق, mense Rebí I anni 712 compositum ab Aláo-'d-dín ibn-Gánim (cf. supra ad η) in usum viri cuiusdam, cuius لقب erat Baháo-'d-dín. Duae denique ultimae korrásae فاضليات الفاضل inscriptae sunt, et exempla elegantioris prosae continent, quâ in epistolis utendum est.

Patet igitur, fere totam illam Codicis 994*a* partem de quâ

diximus, poëmata continere a viris composita qui in Syriae tractu, oppida Adjlun, Adhraát et Boçrá complectente, habitabant. Horum tamen virorum fama istius provinciae limitibus limitata fuisse videtur; nam ille qui hîc Hauráni virorum elegantioris doctrinae facile princeps vocatur, ne commemoratur quidem ab historico Ibn-Habíbo, qui tamen ipse Syrus erat, saeculo octavo florebat, et annum quo viri literati mortui sint sedulo notare solet. Nec tamen haec collectio, a viro quodam docto qui saeculo octavo ineunte Adhraáti vivebat facta, suo caret pretio; discimus enim ex eâ, quaenam literarum conditio in parvis oppidis fuerit, quum reliquae scriptiones fere omnes in celeberrimis urbibus compositae sint. Omnia haec opuscula a diversis librariis currente calamo exarata ideoque lectu difficiliora sunt.

DXXVI. (Cod. 1094 Warn.)

Complura brevia carmina, cum Arabica tum Persica, et alia insuper opuscula antiquo hoc Codice continentur; quae omnia ita inter se mixta sunt ut singulas scriptiones seorsum describere, difficultate non careat et confusioni facile locum dare possit. Nec tamen inter Collectanea ponendus mihi visus Codex, quum maxima eius pars poëtici sit argumenti. Hîc igitur maiora quae continet carmina aliaque opuscula indicabo; de illis quae paucis tantum versibus constant referre, operosius quam utilius mihi visum est.

1. In primâ paginâ literis maiusculis scriptum est: الدُّرَّة اليتيمة, qui fortasse titulus est a collectore omnibus a se collectis opusculis datus. Primi post *bismillam* carminis initium est:

هل بالطلول لسائل ردُّ ام لها بتكلّم عهدُ

Quinque paginas et dimidiam occupat.

2 (p. 8). Carmina Persica, a Dhijáo-'d-dín al-monaddjim

al-Bokhárí composita in laudem emíri Dhijáo-'d-dín الطغريى i. e. صاحب ديوان طغرا.

3 (p. 10). Carmina Persica a Mohjí-'d-dín composita, quorum secundum est in laudem Prophetae, tertium فى شكاية الدهر الملمع, quartum الترجيع فى صفة الربيع.

4 (p. 17). Carmen Hosámo-'d-díni Jusof.

5 (p. 18). Tractatus Persicus, prosâ ornatiori conscriptus, de loco Coranico (59, vs. 9): ويوثرون على انفسهم ولو كان بهم خصاصة. Initium est: سپاس شناس آن خداوندىرا كه فلكرا ✿

6 (p. 21). Tractatus Persicus, auctore Djalálo-'d-dín Abdo-'l-melic al-Werkání, de verbis Prophetae: نعم المال الصالح للرجل الصالح ✿

7 (p. 24). Tractatus Persicus de loco Coranico (30, vs. 49): فانظر الى اثار (Cod. اثر) رحمة الله كيف يحيى الارض بعد موتها ✿

8 (p. 28). Carmina Persica Mohjí-'d-díni.

9 (p. 31). Carmen Persicum Dhijáo-'d-díni al-monaddjim al-Bokhárí.

10 (p. 32). Epistola Persica, a شيخ الاسلام صدر الحق والدين ad Nacíro-'d-dín at-Tusí (summum illum astronomum qui medio saeculo septimo floruit) scripta, et (p. 34) Responsum Nacíro-'d-díni.

11 (p. 44—97). Multa carmina composita ab al-Hádjirí (+ 632), de cuius Diwáno, quem hîc habemus n. 881 (1) signatum, infra dicturi sumus. His excerptis in Codice titulus praefixus est hic: من اشعار الامير البارع الفاضل حسام الدين عيسى بن سنجر بن بهرام الاربلى المعروف بالحاجرى رحمه الله وكانت وفاته باربل مجروحًا لثلاث خلون من شوال سنة ٦٣٢; quibus in margine, recentiori, ni fallor, manu, adduntur quae-

dam quae verbotenus conveniunt cum iis quae in al-Hádjiríi vitâ dicit Ibn-Khallicán (I, p. ٥٥٧, vs. 2 a f. — ٥٥٨ vs. 1 et vs. 6—7), ex quo auctore sine dubio desumta sunt. Alia, ex eodem desumta, in alterâ marginis parte leguntur.

— 12 (p. 98). Titulus in Codice: من كلام الرئيس ابن سينا. Est وصية ابن سينا (Avicennae Testamentum ad Medicos), carmen 15 versuum, quorum primus est:

احفظْ جميع وصيتى واعملْ بها فالطبُّ مجموع بنصّ كلامى

Exstat etiam v. g. in Cod. Escur. 884 (3).

13 (p. 104). Carmen Persicum a Mohjí-'d-dín compositum.

14 (p. 106). Tres elegiae Persicae, a Dhijáo-'d-dín al-monaddjim in obitum Mohjí-'d-díni compositae. — Elegia Persica, a Nidhámo-'d-dín al-háfidh in eiusdem obitum composita. — Elegia Persica, a Dhijáo-'d-dín al-monaddjim composita in obitum Schamso-'d-díni as-Schuschterí, et eiusdem فى اللغز ☆

15 (p. 132—150). Praecepta, ab al-Háritho ibn-Cab, morti propinquo, filiis data. Initium est: روى عن شيوخ العرب من اهل الفضل والادب كل يقول ويذكر فى حديثه ان الحرث بن كعب الخ. Idem opusculum etiam alibi exstat, veluti in Cod. Bodl. (Nic.) 349 (8), 377 (11), Vatic. 286 (11).

16 (p. 151). Carmen Persicum, compositum a Scharafo-'d-dín as-Schírází, et versûs Persici chronographici (p. 152), quibus Dhijáo-'d-dín al-monaddjim al-Bokhárí tempus indicat quo mortuus est ille Mohjí-'d-dín quem iam saepe commemoratum vidimus. Sunt hi:

نقل سيدى محى دين آن بزرگ بى مثال
در مقام اقشهر از حكم حى ذو الجلال
سيوم ماه ربيع الاول از روى شمار
بود با لام والف تاريخ هجرت حرف ذال

Obiit igitur Mohjí-'d-dín in oppido Akschehr (in Caramaniâ), die ب i. e. secundo mensis Rebí I anni ل (30), ا (1), ذ (700); quos numeros si colligimus, obtinemus 731; qui annus ab ipso librario adscriptus est. In margine idem scripsit haec: تاریخ ابنه المرحوم اوحد الدین سیدی علی روح الله ضریحه لکاتبه

نقل سیدی اوحد الدین یادکار اولیا

سال ذسا هم تاسع شوال بود

Obiit igitur filius Mohjí-'d-díni, Auhado-'d-dín Alí, die nono mensis Schawwál anni (700, 60, 1) 761.

17 (p. 160). اشعار تکتب فی صدور المکاتبات. Magna collectio versuum Arabicorum, qui epistolis praefigi solent; insunt etiam Persici nonnulli.

18 (p. 185). Carmina varia, quorum nonnullis flores describuntur.

19. Quaedam prosâ ornatiori scripta, nempe: *a*) در ابتدای کتاب; *b*) در فتح نامه; *c*) فتح نامه کرمان; *d*) مثال امارت کعبة (huic finis deëst).

20. Accedunt denique in fine 21 priores versûs (nam reliqui deperditi sunt) carminis at-Tantaránii, quod Sacyus in secundo Chrestomathiae volumine edidit. Carmini inscriptum est: معین الدین طنطرانی راست.

Non eo consilio hoc volumen scriptum mihi videtur ut in plurium manûs deveniret. Sunt, ni fallor, adversaria, a quodam viro docto Persâ (qui fortasse in Asiâ minori vivebat) in suum commodum collecta, et saeculo octavo exeunte scripta. Vidimus enim, volumen scriptum esse post annum 761, sed non multum recentius esse probat cum scripturae (egregium *neskhí*) tum chartae species. Plura olim adiecta fuisse videntur. Codicis forma est oblonga.

DXXVII. (Cod. 30 (3) Gol.)

Anthologia poëtica (sine titulo) ab Alí ibn-Azím (عزيم)[1] in Hispaniâ collecta inter annum 793 et 798.

Ipse collector in praefatione nomen suum profitetur; quo tempore scripserit, patet ex doxologiâ ubi haec leguntur: ونستوهب من الله العظيم صلة النصر والتاييد لمولانا السلطان ابى الحجاج بن مولانا السلطان الغنى بالله ابى عبد الله عصمة دينتا ودنيانا فهو الامام، الذى استبشر به الاسلام، وجدّد مآثر سلفه الملوك الكرام" الخ. Scripsit itaque regnante rege Granatensi Jusofo II, filio Mohammedis V.

Liber divisus est in quinque capita (ابواب): 1 (p. 190—199) فى التغزل ورقّة; 2 (p. 199—209) فى المدح وضروب التواعه; 3 (p. 209—224) فى الوصف وطلاوة ابداعه; 4 (p. 224—227) فى الحكم والزهد واختراعه; 5 (p. 227) فى الرثا بشجية ايقاعه وانتباعه. Continet brevia poëmatia singulosque versûs poëtarum Ibno-'l-Háddj at-Towaihin (الطويحن), Abu-'l-Hasan ibno-'l-Djaiják, Abu-Djafar ibn-Khátimah (ابن خاتمة) Almeriensis, al-Motanabbí, Ibn-Darrádj al-Kastalí, Çálih ibn-Scharíf, Ibno-'l-Khatíb aliorumque cum Orientalium tum Occidentalium.

Nescio utrum hic liber (qui Codicis 30 pp. 189—234 implet) absolutus sit. Descriptis in p. 234 tribus versibus poëtae Abu-Ishác ibn-Abdís (عبديس) (qui خاتمة الرجال بالاندلس vocatur), quorum *Káfijah* est ـاء, satis abrupte desinit sine subscriptione et dimidiâ fere paginâ vacuâ relictâ. Codex, charactere Africano exaratus, lacunis scatet.

---

1) Pronuntiare quoque posses Ozaim. Nomen proprium عزيم nec in *al-Kámuso* nec in ad-Dhahabii *al-Moschtabih* commemoratum est.

DXXVIII. (Cod. 881 (2) Warn.)

Poëmata diversorum poëtarum, a discipulo quodam Takíjo-'d-díni ibn-Hoddjah (+ 837) collecta. Eodem Codice continentur atque al-Hádjirii Díwán (v. infra) et ab eodem librario (anno itaque 1015) scripta sunt. Poëtarum, quorum carmina referuntur, nomina haec sunt:

سيف الدين ابن غزل — برهان الدين القيراطى — ابو نواس — جمال الدين ابن — شمس الدين ابن اللبان — ابن قلاقس شهاب الدين — شيخ الشيوخ عبد العزيز الحموى — نباتة عفيف — ابن الزين لبيكه — ابو الحسين الجزار — التلعفرى عيسى بن مجاج — بدر الدين ابن حبيب — الدين التلمسانى شمس الدين محمد — كمال الدين ابن النبيه — العماليه الشهابى — ابو الحسن الخزام — ظافر الحداد — النواجى جمال الدين ابن — ابن التعاويذى — احمد بن الحجازى شمس الدين — الامير حسام الدين الحاجرى — خطيب داريّا بهاء الدين — سراج الدين الوراق — ابن العفيف التلمسانى — عرقلة الدمشقى — نور الدين ابن صاحب تكريت — زهير — مهذب الدين القيسرانى — تقى الدين بن حجة الحموى القاضى مجد الدين فضل — الصاحب جمال الدين ابن مطروح ابو — الحريرى — الفخرى ابن مكانس — الله ابن مكانس الوليد احمد بن زيدون (carmen:

اضحى التنائى بديلا من تدانينا وطال من (sic) طيب لقيانا تجافينا

editum a Cl. Weijers, *Loci Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno*, p. 44—48). — صفى الدين الحلى — سعد الدين بن — صدر الدين بن الوكيل — الشرفى يحيى بن العطّار — العربى

Epistola prosâ ornatiori, intermixtis versibus, scripta, cum titulo بعث الاديب الكامل العالم الفاضل يستدعى الاديب فخر الدين ابن مكانس. — مفاخرة بين السيف والقلم — .ابن النصير — ومما انتقاه شيخنا العلامة تقى الدين بن حجّة الحموى من الامينى محمد — .كتاب الصادح والباغم وسمى تغريد الصاد الانصارى كاتب سرّ الشام بعث بها الى المقر فخر الدين ابن القاضى مجد الدين ابن الممدوح. — Responsum τοῦ مكانس.

DXXIX. (Cod. 1097 Warn.)

Hic Codex brevia continet carmina, a variis viris in ipsorum commodum ex poëtarum operibus descripta. Continet v. c. مما قيل فى موت ابن سينا فى السجن; versûs quos Walládah, Ibn-Zaiduni amasia, suae عصابة inscripsit; versûs al-Kaisaráníi ex Ibn-Khallicáne desumti; versûs Abu-'l-Fath al-Bostí; pauca proverbia; pauca excerpta ex *al-Kámuso*; versûs Ibno-'l-Fáridh, Çafíjo-'d-dín al-Hillí, Ibno-'r-Rumí caet. Unus ex iis qui haec excerpta collegerunt, erat Turca, cui nomen Mohammed Kerímo-'d-dín-zádeh.

Libellus nihil fere bonae frugis continet, et passim multae paginae vacuae relictae sunt. Codicis forma est oblonga.

DXXX. (Cod. 901 (1) Warn.)

شعر امرئ القيس بن حجر جمع ابى سعيد السكّرى. Diwán poëtae Amro-'l-kais, qui sexto post Christum saeculo floruit, collectus ab as-Sokkarío († 275; cf. supra p. 7). Nihil fere praeter nudum textum hoc Codice continetur, nam glossae rarissime additae sunt. Poëmata (quorum primum est Moallakah) plane diverso ordine collocata sunt ac in editione Nobilissimi de Slane; numero sunt 67.

Codex antiquissimus et optimus est, quum anno 545 a doctissimo grammatico, Alí ibn-Thirwán, descriptus sit ex ex-

emplari ab al-wazíro al-Magribí exarato (cff. omnino quae supra dixi ad n. DXXIII, p. 19 sq.), quod ipsum ex quonam exemplari descriptum fuerit, annotatum fortasse est in paginâ primâ; sed quae ibi sunt scripta nunc situ et vetustate adeo evanuerunt ut vix ac ne vix quidem legi possint. Subscriptio vero haec est: قال الوزير الكامل هذا اخر ما وجدتُّ من شعره فى جمع السكرى وفى اخره بخطّه قرأتُه على ابى اسامة اعزّه الله حفظًا وهو ينظر فى الاصل فى سنة ثلث وثمانين وثلثمائة ناجز الديوان ولله المنّة ونقلتُه من خطّ الوزير الكامل رحمه الله بثغر عسقلان حماه الله وكتب على بن ثروان بن الحسن الكندى فى مستهلّ المحرم سنة خمس واربعين وخمس مائة وهو يحمد الله وحده ويصلى على نبيه محمد وعلى آله عورض الاصل بخط الوزير والحمد لله دائما. Ex his verbis apparet, al-wazírum al-Magribium Amro-'l-Kaisi Díwánum edidicisse et anno 383 memoriter recitasse praeceptori suo Abu-Osámae (i. e. Djonádah ibn-Mohammed al-Azdí al-Harawí, de quo doctissimo philologo, anno 399 ab al-Hákimo, Aegypti Sultáno, ad necem dato cf. Ibn-Khallicán I, p. ۱۷۳ ed. de Slane), qui librum, a discipulo exaratum, manu tenebat; hinc explicandum quod liber, statim post *bismillam*, incipiat a verbis: قرانا على ابى اسامة اعزّه الله قال امرؤ القيس الخ. Simul nunc intelligitur, Reiskium in gravissimum incidisse errorem quum in *Prologo* ad Tharapham (p. XXVI) diceret, nostrum Codicem exhibere editionem poëticorum operum Amro-'l-Kaisi *ex recensione Abi Osamah;* dicere enim debuisset: *ex recensione as-Sokkarii.* — Opus 118 paginas octuplicatas continet.

Alia exemplaria praeter tria illa de quibus egit Nobil. de Slane in praef. operis c. t. *Le Diwan d'Amro'lkaïs*: Cantabrigiense, quod, teste Reiskio (l. l.) olim Erpenii fuit (cf. Catal. Erpenii, Orationi Vossianae adiunctus, p. 3, et mei

Catalogi Prologus p. VIII sq.) ; cf. Bodl. (Uri) 1223 (cf. Add. et emend. p. 613) et Caes. Vind. (Hammeri 64) ; Alger. (p. 13). Nostrum Codicem transcripsit Reiskius (cf. eius Vita p. 169). Habemus hîc quaedam poëmata ex nostro Codice 901 descripta a I. I. Schultensio (Cod. 1494, de quo vide inter Collectanea), et praeterea

DXXXI. (Cod. 1344)

Apographum Codicis nostri 901 (1), factum a Schroedero.

Emtum Groningae e Bibl. Schroederi.

DXXXII. (Cod. 527 (2) Warn.)

لَامِيَّةُ ٱلْعَرَبِ. Pulcherrimum as-Schanfarái (qui Mohammedis fere tempore florebat) carmen, quod de Sacyus edidit, qui etiam de hoc malo Codice, cui paucae glossae marginales additae sunt, dixit (*Chrest. arabe*, II, p. 350 sq.).

Alii Codd. (quorum nonnulli Commentarios additos habent) : Paris. 1455 (de quo retulit Sacyus in *Notices et Extraits*, IV, p. 313 sqq.) ; Bodl. (Uri) 1266(1), (Nic.) 305, 335 ; Vatic. 364 ; Escur. 312, 460 (3) ; cf. etiam Fresnel in *Lettre à M. B. Duprat.*

DXXXIII. (Cod. 115 Gol.)

Titulus, aureis literis scriptus, est ديوان شعر الحادرة املاء ابى عبد الله اليزيدى, et in primâ paginâ post *bismillam* leguntur haec : قال ابو عبد الله محمد بن العباس اليزيدى قرأت على عبد الرحمن بن عبد الله بن قريب بن اخى الاصمعى قال الحادرة واسمه قُطبة بن أَوس بن مَحْصَن بن جَرْوَل بن حبيب ابن عبد العُزّى بن خُزَيْمة بن رزام بن مازن بن ثَعْلبة بن سعد ابن ذُبْيان وانما سُمّى الحادرة لقول زَبّان بن سَيّار الفزارى

كأنّك حادرة المَنْكِبَيْـــنِ رَصْعاءُ تَنْقُضُ فى حايِر

qui versus commentario illustratur.

Continet igitur Codex Díwánum, commentario illustratum, poëtae Kotbae ibn-Aus, qui ideo vulgo *al-Hádirah* dicebatur, quia alius poëta, Zabbán ibn-Saijár al-Fazárí, dixerat ut eum derideret:

Videris animal istud, quod *brevibus et simul crassis humeris, clunibus autem femoribusque macris praeditum est, quodque in stagno coaxat* [1].

Pertinebat al-Hádirah ad Benu-Thalabah ibn-Sad ibn-Dhobján, familiam gentis Gatafán, et ex eius genealogiâ, quam integram in Codice traditam esse vides, apparet, eum anno circiter 600 post Chr. natum esse; nam Thalabah (rotundis utimur numeris) anno circiter 330 natus est (cf. Cl. Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'Islamisme*, tableau X, B). Haec ex computatione genealogicâ hausta opinio confirmatur loco qui in Commentario legitur, ex quo patet, Hassánem ibn-Thábit (quem, 120 annos natum, anno Ar. 54 (post Chr. 674) diem supremum obiisse tradunt) poëmata al-Hádirae iam cognita habuisse. Locus est hic (p. 8 sq.): قال عبد الرحمن قال ابو سعيد عَمّي [2] سمعت شيخا من بني كنانة من اهل المدينة قال كان حسان بن ثابت اذا

---

1) Quantocius ex Freytagii Lexico tollenda est significatio, quae 4ae formae verbi نقض propria esse dicitur auctoritate Reiskii ad Golium: *decidit, a volatu destitit* (avis). Fluxit ista ex Commentario ad versum laudatum, a Reiskio (qui Codicem nostrum legerat et descripserat) non intellecto. Commentator enim dicit: وأنقضت العقاب اذا صوّتت تنقض انقاضا وأنقضّت اذا انحدرت تنقضّ انقضاضا; est itaque 7a forma verbi قضّ, non 4a verbi نقض, et vides, Commentatorem discrimen indicare, quod est inter أنقضّ et انقضّ.

2) I. e. al-Açmaí.

تنوشد الشعر قال هل أُنْشِدَتْ كلمة الحُوَيْدرة قال ابو سعيد يعنى هذه وهى اختيار المفضّل [1] والاصمعى

بكرَتْ سُمَيَّةُ غُدْوَةً فتَمَتَّعِ وغدَتْ غدوَّ مُفَارِقٍ لم يرجعِ ☆

Quod ad Commentarium attinet, legerat Abu-Abdolláh Mohammed ibno-'l-Abbás al-Jezídí poëmata al-Hádirae coram praeceptore Abdo-'r-rahmán ibn-Abdolláh ibn-Koraib, filio fratris celebratissimi al-Açmaíi, de quo Abdo-'r-rahmáne al-Kiftí (Cod. 654) ait: يكنى ابا محمد وقيل ابا الحسن كان ثقة فيما يرويه عن عمّه وغيره; cf. etiam Nobil. de Slane ad vers. Angl. Ibn-Khallicánis, III, p. 43. Dubium non est quin Abdorrahmán verba difficiliora discipulo explicuerit, et patet hoc ex Commentarii loco a me descripto; attamen Commentarius non hunc virum auctorem habet, sed discipulum, Abu-Abdolláh al-Jezídí (ut patet cum ex aliis locis tum ex illo qui paginâ ultimâ legitur, ubi haec: قال ابو عبد الله حدّثنى احمد بن الحرث الخ), qui anno 310 obiit; vide vitam huius viri docti apud Ibn-Khallicán, Fasc. VII, p. ۴۱ ed. Wüstenfeld, Slanii vers. Angl. III, p. 52.

Codex, omnibus fere vocalibus instructus et 40 paginas continens, elegantissime exaratus est a Mahmud ibn-abí-'l-mahásin al-Káschí (القاشى), in usum emíri cuiusdam, ut videtur; nam in titulo, pulcherrime picto, librarii manu et aureis literis scriptum est: ملكه احمد بن على ازُقرطاى. Anni nota addita non est.

Unicum est hoc exemplar Díwáni al-Hádirae, quod transcriptum est a Reiskio (v. eius vitam p. 168, 169). Aliud apographum nostri Codicis est in Bibl. Inst. Reg. Neerl. (n. 111).

---

1) Est hic doctissimus ille philologus qui poëmata quae المفضّليات dicuntur collegit.

DXXXIV. (Cod. 525 Warn.)

Díwán qui tribuitur khalífae Alí ibn-abí-Tálib (+ 40), cum amplo Commentario *Persico*, ab Hosain ibn-Moíno-'d-dín Maibodí composito, qui hoc opus anno 890 aut 870 absolvit; cf. Hádjí-Khalífah.

Codex anni notâ caret, sed decimo Arabum saeculo scriptus mihi videtur. Scriptura est *neskhí*, ad *nestalík* vergens.

Hic Díwán in multis aliis Bibl. exstat, et duo exemplaria (quorum tamen alterum imperfectum est) Commentarii Maibodíi exstant in Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ۴۳).

DXXXV. (Cod. 657 (4) Warn.)

Díwán poëtae Tahmán (طهمان) ibn-Amr al-Kilábí, Commentario illustratus ab as-Sokkarí (+ 275; cf. supra p. 7).

Pertinebat Tahmán ad Benu-Abu-Becr ibn-Kiláb, familiam gentis Amir ibn-Çaçaäh, et ex eius genealogiâ (quae in Codice haec est: طهمان بن عمرو بن سَلَمَة بن سَكَن بن قُرَيْط بن عبد ابن ابى بكر بن كلاب) efficeres, eum anno circiter 678 p. Chr. (anno Ar. 59, 60) natum esse; Kiláb enim anno circiter 447 p. Chr. natus est (cf. Cl. Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme*, tableau X, A); attamen computationibus genealogicis non semper hominis aetatem accuratissime definiri posse, notum est, et ex ipso Codice patet, Tahmánum iam virili fuisse aetate, imo diem supremum obiisse, quum khalífah ex Omaijadarum gente, Abdo-'l-melik ibn-Merwán, regnum adeptus erat; quod locum habuit anno Ar. 65. Totum as-Sokkaríi locum, lectu dignissimum, describam. Est hic: وحدثنى ابن حبيب عن يحيى ابن بَيْهَس ويعقوبَ عن الكلابيّين قالوا اخذ نَجْدَةُ الحَرُورِىُّ طهمانَ بن عمرو فجعله دليلا فسار معه حتى اذا كان فى بعض الليل اخذ طهمانُ نجيبةً فالقى عليها رَحْلَها وآداتها وركبها ومضى

يطمّ فاصبحت راحلته تقلقل به فى الفلاة وكان مع نجدة رجل من بنى جعفر بن كلاب يقال له عبد الله بن سُرَاقة فقال لنجدة هذا أَثَرُ طهمانَ فوجّهنى فى جند لعلّى الحقه فآتيك فوجّهه فى طلبه ورجلًا من اهل اليمامة يقال له عاصم فلحقاه فاخذاه فاتيا به نجدة فقطع يَدَهُ فلما استقام الامر لعبد الله (لعبد الملك l.) ابن مروان اتاه طهمانُ فشكا اليه ما صُنع به وانشده

يَدِى يا امير المومنين أُعيدُها بِحقْوَيْكَ أَنْ تُلْقَى بِمُلْقَى يُهينُها

Descripto carmine as-Sokkarí ait: فجعل له عبد الملك أيْمانَ مائة من بنى حَنيفة ثمات قبل ان يصل الى اليمامة. Tum vero diversam traditionem refert his verbis: وقال غيرُ ابى محلّم دخل طهمان بيتَ خَمّارٍ فشرب فلما اخذ منه الشرابُ قام الى صندوق للخمار فيه نفقة له فكسره واخذ ما فيه واستغاث الخمارُ فأُخذ طهمانُ فرُفع الى الوليد بن عبد الملك فهمّ بقطعه فلما قال هذا الشعر يدى يا امير المومنين اعيدها خلّى عنه. Ex hac itaque traditione Tahmán adhuc inter vivos fuisset regnante al-Walído, Abdo-'l-meliki filio, qui anno 86 regnum adeptus est. Caeterum alia de Tahmáni vitâ passim in Commentario occurrunt, et multa ex poëmatibus quae hoc Díwáno continentur, sunt satyrae quibus Tahmán perstringit Mauzúnum ibn-Omair, qui itidem Kilábita erat.

Codex, 40 paginis constans et omnibus fere vocalibus instructus, anno 571 optime exaratus est.

Inter hoc et praecedens, quod hoc Codice continetur, opus (Ibn-Kaisáni تلقيب القوافى, huius Catal. Vol. I, p. 111, n. CCXVI), exstat carmen 43 versuum, c. t. هذه القصيدة

1) Huic vocabulo superinscripta est varians lectio فيه.

للشيخ العارف يحيى بن يوسف يحيى (sic) البرصرى قدس الله روحه. Primus versus est:

انا العبد الذى كسب الذنوبا وصدّته الامانى ان يتوبا [1]

et carmen ab eodem librario, sed currente calamo, exaratum est, qui totum Codicem anno 571 scripsit; eo, ut videtur, consilio hoc carmen addidit, ut tres vacuas paginas impleret.

Hunc Codicem transcripsit Reiskius (cf. ipsius Vita p. 169). Aliud apographum est in Bibl. Inst. Reg. Neerl. (n. 112).

DXXXVI. (Cod. 1021 (5) Warn.)

Carmen poëtae Khálid ibn-Çafwán al-kannáç, qui hoc composito, quo puellam celebrat, nullum aliud composuit, ut discimus ex titulo, qui hic est: قال بعض اهل الادب كفى عنا ومن (مِنْ l.) حفظ قصيدة خالد بن صفوان القناص فى وصف جارية ثم لم يقل الشعر وذلك جمع فى قصيدته التى سميتها العرب العروس. Hunc Khálid ibn-Çafwán aequalem fuisse nobilissimi Jezíd ibno-'l-Mohallab (+ 102) atque igitur primo Ar. saeculo floruisse, discimus ex annotatione marginali, cuius prima verba sunt: قال ابن حُميد الكلابرتى [2] قال كان خالد بن صفوان فصيحا قال دخلتُ على يزيد بن المهلب وهو يتغدّى فقال ادْن فكُلْ قلتُ فانى قد اكلتُ قال وما اكلتَ; tum cibos quos sumserat elegantissimis verbis describit; sed quum nota ista pessime scripta sit, non omnia verba legere potui.

Primus versus est:

عوجًا على طلل بالقفص خلّانى اقوى فقُطّانه ارال هيفان

1) Idem carmen in Codice 1284 (1) reperi, ubi pro الامانى legitur المعاصى.

2) Valde indistincte scriptum est hoc nomen, nec affirmare ausim me illud recte legisse.

et carmini Commentarius additus est.

Sunt 23 paginae, pessime scriptae. Idem carmen cum Commentario exstat in Bibl. Vatic. 364 (in fine).

DXXXVII. (Cod. 633 Warn.)

Díwán poëtae Djarír (+ 110), Commentario illustratus.

Huius Díwáni fata (sit venia verbo) apparent ex notâ marginali quae in paginâ primâ exstat. Est haec: كان بخطّ عبد الواحد بن عيسى النّجيرمى مكتوبا فى طُرّة كتابه ما مثاله بدأتُ بقراته على الشيخ ابى الحسين على بن احمد بن محمد المهلبى ادام الله عزّه لليلتين بقيتا من رجب سنة خمس وثمانين وثلثمائة وقال الخ [1] قرأتُه على ابى اسحق ابرهيم بن عبد الله النجيرمى رحمه الله وقراه ابو اسحق على ابى عبد الله محمد بن العباس اليزيدى ورواه محمد عن عمّه عبيد الله بن محمد ورواه عبيد الله عن محمد بن حبيب. Djaríri igitur poëmata in unum corpus collegisse videtur Mohammed ibn-Habíb (cuius tractatum de tribubus Arabicis nuper edidit Cl. Wüstenfeld), doctissimus philologus Bagdádensis, qui Sámarrae anno 245 obiit [2]; hic, teste as-Sojutío, praeter alia opera etiam edidit نقائض جرير والفرزدق (sic lege pro نقائص ut scriptum est in Codice Doct. Lee), i. e. satyras illas quibus Djarír et al-Farazdak se invicem perstrinxerunt; exstat opus in Bibl. Bodl. (Uri) 1224; cf. Add. et Emend. p. 613. Coram Mohammede ibn-Habíb Díwánum legit Obaidolláh ibn-Mohammed, quo coram eundem legit huius fratris filius, Abu-Abdolláh al-Jezídí (+ 310), qui, ut supra (p. 35 sqq.) vidimus,

1) Ne quis putet, hoc الخ a me profectum esse, moneo illud in ipso Codice esse scriptum.

2) Vid. al-Kiftí et as-Sojutí in *Vitis Grammaticorum.*

Díwánum al-Hádirae Commentario illustravit. Quis Commentarium scripserit, non commemoratum video, sed verosimile est, conscriptum esse a Díwáni collectore, Mohammede ibn-Habíb.

Non opus est ut longus sim de hoc Díwáno, quandoquidem de Djaríro poëtâ tam eleganter et copiose egit Cl. Caussin de Perceval in doctissimâ scriptione, Novo Diario Asiatico Parisiensi insertâ, ut Iliadem post Homerum canere viderer, si fuse de Djaríri Díwáno exponere vellem; dubium tamen non est quin multifarie hoc editione dignissimo Codice accurate perlecto locupletari possit scriptio Caussini, qui Djaríri Díwáno usus non est. De multis praeterea rebus historicis in Commentario mentio fit.

De Codice, optime, omnibus fere vocalibus additis, scripto et 237 foliis quadruplicatis constante, monenda sunt haec: duobus constat tomis, uno volumine compactis, quorum singulis titulus praefixus est, aureis literis Cuficis nitidissime pictus. Subscriptio tomi primi, ex quâ apparet illum anno 591 scriptum esse, haec est: نقلتُه [1] من خط عبد الواحد بن عيسى بن موسى بن اسحق النَّجيرَمى وذكر انه نقل نسختَه من خط الشيخ ابى الحسين على بن احمد بن محمد المهلَّبى وقراها عليه سنة خمس وثمانين وثلثمائة وكُتب هذا الجزء سنة احدى وتسعين وخمس مائة والحمد لله كما هو اهله وصلى الله على سيدنا محمد وعلى آله وسلم. Est itaque hoc exemplar summi pretii, quippe ex exemplari descriptum antiquissimo, anno 385 exarato; eo magis vero dolendum est, integrum eo Díwánum non contineri. Legitur quidem in subscriptione voluminis secundi: وبتمامه تم الديوان, sed subscri-

1) Ex notis marginalibus apparet, librarii nomen fuisse Mohammed an-Nawádjí.

ptionem inspicienti statim apparet, haec verba, antiquioris librarii verbis erasis, recentiori manu exarata esse; est fraus bibliopolae, emturo persuadere cupientis, integrum opus hoc Codice contineri, et ex verbis antiqui librarii quae a recentiori isto bibliopolâ erasa non sunt, luculenter apparet, secundum volumen non esse Díwáni ultimum, quum iis argumentum initii voluminis tertii indicetur. Sunt haec (verba a recentiori manu antiquis substituta uncinis inclusi): اخر الجزء الثانى من شعر جرير [وبتمامه تم الديوان] ون جرير لطُعْمَة بن قُرْط العنبرى وزعم ..... ان جريرا نزل ببنى العنبر فلم يقروه وقالوا ما لك عندنا قِرًى الّا بثمن فقال يا طعم يابن ..... والحمد لله وحده وصلى الله تعالى على سيدنا محمد وعلى آله وسلم تسليما ۞

Magnum praeterea damnum passus est hic Codex, non adeo a blattis tineisque Orientalibus, nonnullarum paginarum margines, non vero ipsas literas, corrodentibus, sed ab imprudenti bibliopegâ Leidensi, cuius curae Codex, ante mea tempora, commendatus fuit; qui quum eum fugisset, summâ curâ tractandum esse hunc Codicem (cuius charta bombycina non melioris est notae, singulaeque paginae gummi Arabico adeo laevigatae sunt ut facillime inter se adhaereant et agglutinentur), Codice nimis compresso, fecit ut ego paginas nonnullas inter se agglutinatas, paucas etiam a quodam, qui agglutinatas separare voluit, dilaceratas, invenerim. Longe meliori eum nunc gaudere conditione quam exspectare ausus eram, industriae et dexteritati debetur viri honesti, deque Codicibus Orientalibus bene meriti C. A. Emeis, cuius nomen silentio premere nolui. Nihilominus nonnulla, quamvis pauca, non amplius legi possunt; quam ob causam utile esse poterit apographum a Reiskio, credo antequam Codex damnum passus est, factum (cf. eius Vita p. 164), quod nunc verosimiliter in Bibl. Havn. servatur. Primam praeterea Codicis partem quum turbato or-

dine paginarum ligatam invenissem, singulas paginas suo loco collocans, vidi aliquid desiderari inter folium 6 et 7, unumque praeterea folium deperditum esse inter fol. 15 et 16, illud scilicet quod secundae *korrásae* ultimum erat et cum folio, quod nunc septimum est, cohaerere debuisset. In Bibl. Inst. Reg. Neerl. est unius carminis apographum, et pars Díwáni Djaríri est in Mus. Asiat. Petr., in cuius certe Bibliothecae Catalogo commemoratum reperi librum: من شعر جرير بن عطية ابن الخطفى ☆

DXXXVIII. (Cod. 1021 (6) Warn.)

Carmen poëtae Dhu-'r-rommah (Gailán) (+ 117), cuius primus versus est:

خليلىّ عوجَا من صدور الرواحلِ بجمهور حزوى فابكيا فى المنازلِ

4 paginae, pessime exaratae.

Totum Dhu-'r-rommae Díwánum possidet Cl. de Gayangos; quaedam huius poëtae carmina continentur Codice Inst. Reg. Neerl. 125.

DXXXIX. (Cod. 1021 (7) Warn.)

Carmen poëtae Basschár ibn-Bord (+ 167), cuius primus versus est:

غمض الحديد بصاحبيْك فغمضا وبقيتُ بعدهما تحاول منهضا

Una pagina et dimidia; librarius se haec tantum reperisse affirmat, seque nescire utrum hoc carmen pluribus constet versibus (habemus 15, quorum ultimus incipit a verbis: سبحان من خلق الشقا لذى الهوى) necne. Carmen pessime exaratum est.

DXL. (Cod. 888 Warn.)

Díwán poëtae Moslim ibno-'l-Walíd al-Ançárí, qui tempore ar-Raschídi et al-Mamuni floruit, et صريع الغوانى *a puel-*

lis prostratus cognominabatur, propter versum quem composuerat:

هل العيش الا ان تروح مع الصبى وتضحى صريع الكاس والاعين النجل

Quid aliud vitam merito appellabis, nisi vesperam transigis cum amore (i. e. *cum amatis puellis*) *et mane prostratus es per poculum oculosque amplâ fissurâ conspicuos.*

Vide de Slane ad vers. Angl. Ibn-Khallicánis, I, p. 25 et locum *al-Hamásae* (p. ۴۴۸) quem ibi citat. In Codice nostro titulus est hic: ديوان مسلم بن الوليد الشهير بصريع الغوانى, et opus sic incipit post *bismillam*: قال صريع الغوانى واسمه مسلم ابن الوليد الانصارى يمدح يزيد بن يزيد الشيبانى

اجررت حَبْلَ خليع فى الصبا غَزِلٍ وشَمَّرَتْ هِمَمُ العُذَّال فى العَذَلِ

Additus est Commentarius auctore Abu-'l-Abbás Walíd ibn-Isá at-Taikhí (non الطبيخى ut Reiskius in primo libri folio scripsit, nam cum in nostro Codice tum apud as-Sojutí الطيخى scriptum est). Subscriptio haec est: تم جميع شعر صريع الغوانى رواية ابى العباس وليد بن عيسى الطيخى. Hic commentator, teste as-Sojutio, qui de hoc Commentario non loquitur, sed tantum ait له شروح فى شعر حبيب, diem supremum obiit anno 352.

Codex noster, literis Africanis exaratus et valde antiquus, sed anni notâ carens, unicus est; dolendum vero est, eum aliquod damni a vermibus esse perpessum.

DXLI. (Cod. 899 Warn.)

Díwán poëtae *Abu-Tammám* Habíb ibn-Aus ex tribu Tai (+ 231).

Opus in octo libros divisum est, ex redactione aç-Çulíi, على الترتيب الذى رتّبه ابو بكر الصولى رحمه الله وشرحه وجعله ثمانية اصناف ☆

Liber *primus* continet carmina quae composita sunt in laudem virorum quorum nomina sequuntur: Khálid ibn-Jezíd as-Schaibání; Jahjá ibn-Thábit; Mohammed ibn-Hassán ad-Dhabbí; al-Motacim billah; Málik ibn-Tauk at-Taglibí; Omar ibn-Tauk; al-Hasan ibn-Wahb; al-Hasan ibn-Sahl; Solaimán ibn-Wahb; Abbás ibn-Lahíah al-Hadhramí; Abu-Saíd Mohammed ibn-Jusof at-Thagrí; Abu-Dolaf al-Kásim ibn-Isá al-Idjlí; Abu-'l-Abbás Abdolláh ibn-Táhir; Ishác ibn-Ibráhím; Mohammed ibn-Abdo-'l-melic aç-Çaiját; Abu-'l-Hasan Mohammed ibn-Abdo-'l-melic ibn-Çálih al-Háschimí, caet. — Liber *secundus* continet carmina funebria; *tertius* carmina amatoria (الغزل); *quartus* carmina reprehensoria (المعاتبات); *quintus* variarum rerum descriptiones (الاوصاف); *sextus* فى الفخر والطلب; *septimus* carmina satyrica; *octavus* فى الزهد. Singulorum librorum carmina secundum homoeoteleuta ordinata sunt.

Codex satis bene exaratus est anno 1033. Vocales rariores sunt.

DXLII. (Cod. 403 Warn.)

Idem Díwán cum Commentario, qui (ut certum est collato Hádjí-Khalífâ III, p. 254, vs. 8) est Commentarius minor at-Tibrízii (+ 502). In hoc Codice Díwán, non in octo, sed in septem libros divisus est, nam carminibus illis quae in Codice praecedente liber octavus complectitur, hîc separatus locus non datus est. Initium Praefationis Commentatoris hoc est: قد وفيت اسعدك الله واسعد بك بما وعدتُك من عمل اخبار ابى تمام وتبيين فضله فى شعره والاحتجاج له والردّ على عائبه والجهل (l. والتجاهل) بمقداره وارجو ان اكون قد نلت رضاك وانتحيتُ الى غرضك الخ ☆

Spissus hic Codex, in quo vocales sunt rarissimae, satis bene exaratus est. Librarii subscriptione, titulo et possessoris notâ

destitutus quum sit et saeculo decimo septimo exaratus videatur, verosimile censeo, illum Warneri iussu descriptum esse ex exemplari quod in publicâ quâdam Bibliothecâ Constantinopolitanâ asservabatur. Quod si ita est, archetypum nostri exemplaris antiquissimum erat, anno scilicet 501 exaratum, ut patet ex ultimis nostri Codicis verbis; sed librarius ille Constantinopolitanus haud pauca corrupisse videtur, nam liber iusto mendosior est.

Aliud exemplar huius Commentarii mihi non innotuit; sed Díwán Abu-Tammámi asservatur in Bibl. Bodl. (Uri) 1255 (cum paucis glossis), Mus. Asiat. Petrop., Bibl. Escur. 288, 289 (cum glossis marginalibus) et Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣).

DXLIII. (Cod. 475 Warn.)

Ibn-Doraidi (+ 321) carmen c. t. *al-Makçurah*, cum amplo Commentario docti philologi Abu-Abdolláh al-Hosain *ibn-Khálawaihi* (+ 370), discipuli Ibn-Doraidi [1]. In praefatione ait commentator: انشدنا ابو بكر محمد بن الحسن بن دريد الازدى رحمة الله عليه غير مرّة وقُرِئَتْ عليه وانا اسمع ۞

Antiquus hic Codex, qui sexto vel septimo Arabum saeculo scriptus mihi videtur, 207 folia continet, nec tamen perfectus est, nam desinit in explicando versu qui in Scheidii editione est 221us.

DXLIV. (Cod. 121 (2) Gol.)

Quodsi titulo fides habenda esset, idem Commentarius hoc Codice (cuius praefatio eadem est atque Codicis praecedentis) contineretur; sed est tantum epitome magni Commentarii Ibn-Khálawaihi, ut ex collato praecedenti Codice apparet. Notanda sunt verba quae in titulo occurrunt: وتمّم [2] من نسخة عنى

1) Cf. Ibn-Khallicán, I, p. ٣٣٣ sq. ed. de Slane.

2) Hoc verbum recentioris videtur manûs, quae illud quod antea scriptum erat, sedulo erasit.

بشرحه القاضي ابو سعيد الحسن السيرافي رحمه الله تعالى ; nam Hádjí-Khalífah huic *Abu-Said* al-Hasan (ibn-Abdolláh) *as-Siráfí* (+ 368), quo praeceptore Ibn-Khálawaihi al-Koráni lectiones, quae dicuntur, didicerat [1], Commentarium in Ibn-Doraidi *al-Makçuram* tribuit; at suspicor hoc minus recte esse dictum, et verosimile censeo, Abu-Saídum as-Sírafium talem Commentarium non composuisse, sed tantum Commentarium, ab Ibn-Khálawaihio compositum, in brevius contraxisse; quâ sententiâ admissâ, hic Codex compendium illud, ab as-Sírafio factum, contineret.

Codex sexto Arabum saeculo exeunte exaratus est.

Aliud exemplar Commentarii ibn-Khálawaihi possidebat Scheidius (n. 20), et in Bibl. Berol. est epitome. Apographa, ex nostris Codd. facta, sunt in Bibl. Inst. Reg. Neerl. (118, 119, 120).

DXLV. (Cod. 615 Warn.)

Alius Commentarius in Ibn-Doraidi carmen, auctore Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Ahmed as-Sebtí al-Lakhmí, vulgo *Ibn-Hischám* dicto (+ 570). Titulus, ab antiquo librario scriptus, nunc agglutinatâ chartâ tectus est, cui recens manus inscripsit: هذه (sic) كتاب شرح منظومة كتاب ابن دريد لابن هشام اللخمي, et in libri initio verba, quae sequebantur post: قال الشيخ الامام العالم العامل العلامة ابو, erasa sunt iisque recentiori manu substitutum est عبد الله بن هشام, quum spatium tam parvum sit ut tantum عبد الله continere potuerit (suspicor enim antiquum librarium عبد الله (ابو) scripsisse). Attamen dubium non est quin Codex reverâ praestantissimum Ibn-Hischámi Commentarium contineat; nam initium nostri libri est: اما بعد حمد الله على آلائه, a quibus verbis Ibn-

1) Cf. Ibn-Khallicán l. l.

Hischámi Commentarium incipere, affirmat Hadjí-Khalífah, et praeterea longior ille locus quem bibliographus Turca ex praefatione citavit, reverâ in nostri libri praefatione invenitur; accedit denique quod praefatione absolutâ et vitâ Ibn-Doraidi (quae duas paginas occupat) enarratâ, haec (Codicis fol. 2 v.) occurrunt: قال الاستاذ ابو عبد الله محمد بن احمد بن هشام اللخمى اخبرنا بهذه القصيدة الفقيه الاجلّ الشيخ الافضل ابو بكر ابن العربى رحمه الله قال اخبرنا ابو الحسين المبارك بن عبد الجبار الصيدفى قال واخبرنا ابو محمد الجوهرى قال اخبرنا ابن الجراح قال اخبرنا ابو بكر — بن دريد ۞

Codex anni notâ caret, sed septimo Arabum saeculo scriptus mihi videtur.

Alia exempl.: Paris. 490 (de quo cf. de Slane ad versionem Anglicam Ibn-Khallicánis, III, p. 43, ann. 3); Bodl. 1257(1); Escur. 474; Alger. (p. 8).

DXLVI. (Cod. 1072 Warn.)

Tertius Commentarius in Ibn-Doraidi carmen. Nomen Commentatoris additum non est, at vero titulus est: العُراضة الرُّكْنِيَّة فى شرح مقصورة ابى بكر — بن دريد. Plura patebunt ex praefatione, quam totam describam. Post brevem doxologiam (cuius initium est: اللهم انفعنا وانفع بنا) Commentator haec igitur ait: وبعد فان مقصورة ابن دريد رحمة الله عليه لما كانت ابهى مقصوره، وعناية الاصحاب والاولاد فى آرامها وحفظها والتمكّن من محاسنها موفوره، شرحتُها بايجاز، عَلَى وفاز، وخِدمةً [1]

1) Vocalis *kesrah* sub خ in Codice addita est; quod moneo ne quis putet legendum esse وخدمتُ.

بها عُراضةً وعذرًا فی تاخیر انْجاز، مجلس الصاحب العالم الهمام المحترم ضیا الملک وروح الوزارة رکن الدولة والدین، علاء الاسلام والمسلمین، عدّة الملوک والسلاطین، ابی عبد العزیز ابن الصاحب المعظم افضل وزراء العالم مفخر اکابر الزمان، نظام ملک سلیمان، الذی تشدُّ الیه الرِّحَال، ویَصْمُد جنابَه صیدُ الرجال، والذی انعم علی الدین والملک بالنعم التوامّ، واذا بلغه المَطِیُّ بوفوده فظهورهنّ علی الرِّحَال حرام، سیف الدولة والدین، شمس الاسلام والمسلمین، نصیر الملوک والسلاطین، ابی یوسف اعزّ الله له النصر، وادام ظلّه الوارف علیه وعلی سائر اکابر العصر، فَاَیُّ کریم منصف نظر فی هذا الشرح ووجده مطلعا علی حقیقة اللغة وحاوِ المعنی وحق الاعراب، فلا یذهبنّ علیه بارک الله فی عمره ان یدعو لی بتمام العافیة ودوامها وحسن المآب، وقد سمیتُه العراضة الرکنیه، تَیَمُّنًا بأَلْقابه السنیه، والله المستعان، وعلیه التُّکْلان [1]، وانا اروی المقصورة عن الصدر المرحوم معز الدین علی بن اسعد بن عبد القاهر شقروه رحمة الله علیه اجازةً فی شعبان سنة احدی وستین وستمائة وهو عن الامام المرحوم عماد الدین ابی الفرج علی بن ابی الحسن الراوندی رحمه الله عن عبد الرحیم الاحور البغدادی رحمه الله عن الشریف ابی المعالی الجعفری عن ابی القاسم عبد الواحد الکرمانی عن ابی بکر هبة الله بن الحسن الدلال عن منشئها — ابن درید — واعتمدتُ فیما رُوی فیه وجوهٌ کثیرة علی الاقوی فی اللفظ والمعنی والاعراب فالاقوی فیها

---

1) Vocales recentiori manu additae videntur, alia certe est atramenti species; Lexica (sub وکل) تُکْلان offerunt.

واضربتُ عن ذكر الواهى وذكر ما يكتب بالالف واليا الا المهمّ
من جملة قوافيها ☆

Ex hac praefatione, miro sermone, verbis tantum non constructione Arabico, conscriptâ, patent haec: scripsit Commentator paullo post annum 661, quo carminis tradendi licentia, quae dicitur, ei concessa erat a praeceptore; Commentarium dedicavit Rokno-'d-daulae (unde titulus العراضة الركنية) Abu-Abdo-'l-azíz, filio Saifo-'d-daulae Abu-Jusof, qui wezírus erat principis Solaimán. Hunc in Asiâ minori regnasse suspicor; nam Codex, paucis annis post ipsum opus compositum, exaratus est a viro qui Iconii natus erat et Mahmud ibn-Mohammed al-Kunawí al-kátib vocabatur. Principem illum Solaimánem esse Perwánam Moíno-'d-dín Solaimán ibn-Alí, potentissimum ministrum sultánorum Seldjukidarum Rokno-'d-dín Kilidj-Arslán IV et Gijátho-'d-dín Kai-Khosrew III, suspicatur amicissimus Defrémery. Iubente Abakâ, ad necem datus est hic die 1 Rebí I anni 677; cf. Nobil. d'Ohsson, *Histoire des Mongols*, III, p. 498 sqq. — Commentatoris *nomen* nullibi, quantum video, commemoratur, et hic Commentarius Hádjí-Khalífae ignotus fuisse videtur, si nempe non est ille quem composuit Takíjo-'d-dín Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Mobárac, qui anno 664 obiit; quod tamen parum probabile mihi videtur, nam hic philologus, teste as-Sojutío in *Vitis Grammaticorum* (Cod. Doct. Lee fol. 65 r.), plerumque al-Maucili habitabat et praeceptor erat filiorum principis huius urbis, al-Modhaffar et aç-Çálih, quorum pater non Solaimán vocabatur, sed Bedro-'d-dín Lulu (cf. v. g. d'Ohsson, l. l. p. 363).

Caeterum Codex egregie scriptus est anno 672, quo tempore fortasse auctor adhuc inter vivos erat.

DXLVII. (Cod. 121 (1) Gol.)

تخميس carminis ibn-Doraidi, auctore Sad ibn-Alí al-Irbilí

an-Nischábí (sic cum vocalibus in Codice).

Codex exeunte sexto Arabum saeculo scriptus est.

DXLVIII. (Cod. 1021 (4) Warn.)

Carmen eiusdem Ibn-Doraid, quo philologum al-Báhilí perstringit. Titulus in Codice est: قال ابو بكر محمد بن الحسن ابن دريد الازدى من ازد عمان يعرض بالباهلى اللغوى رحمة الله. Brevis Commentarius additus est. Primus carminis versus est:

ديار الحىّ بالرّسّ الى العمرين فالابرق

17 paginae, incomte exaratae.

DXLIX. (Cod. 720 Warn.)

Díwán poëtae Abu-'l-Fath Mahmud ibno-'l-Hosain ibn-Schábik as-Sindí al-kátib, vulgo *Koschádjim* (كشاجم) dicti, qui فى حدود anni 350 mortuus est. Secundum ordinem alphabeticum syllabarum finalium ordinatus est hic Díwán.

Codex anni notâ caret, sed satis recens est. Aliud huius operis exemplar exstat Petropoli in Museo Asiatico.

DL. (Cod. 25 Gol.)

Díwán celebratissimi poëtae Abu-'t-Taijib al-Motanabbí (+ 354).

In hoc Codice, Africanâ manu exarato, magna est lacuna atque insuper carmina nonnulla desunt. In margine annotatio scripta est, cuius maior pars Golium auctorem habet, non Warnerum, ut affirmat Cl. Juynboll qui fuse de hoc Codice egit (*Orient.* I, p. 217—221); etenim nec Warneri manus haec est, nec Codex a Warnero emtus est; in Golii Catalogo secundo est n. 16 in folio.

DLI. (Cod. 1245 Schult.)

Idem opus. Carmina secundum homoeoteleuta disposita sunt, et nitidus Codex anno 1178 exaratus est.



DLII. (Cod. 542 Warn.)

Compendium Commentarii al-Wáhidíi (+ 468) in al-Motanabbíi carmina. Fuse de hoc Codice egit Cl. Juynboll (*Orient.* I, p. 221—229).

Alia exempl. Commentarii al-Wáhidíi: Bodl. (Uri) 1208, 1248, 1249; Goth. 533; Caes. Vindob. (Hammeri) 114; Havn.; Upsal. 134; Mus. Asiat. Petrop.; Vatic. 784; Palat. 513; Escur. 306.

DLIII. (Cod. 126 Gol.)

Primum volumen Commentarii *minoris* Ibn-Djinnii in al-Motanabbíum hoc Codice contineri, probare conatus est Cl. Juynboll (*Orient.* I, p. 231 sq.). Quis auctor sit, me ignorare fateor; sed valde dubito an sit Ibn-Djinní. Nam inveni in Commentario al-Wáhidíi (p. 22 med.) ad versum:

ولا ثوبَ مجد غير ثوب ابن احمد على احد الا بلوم مُرَقَّعُ

haec annotata: روى ابن جنّى يُرَقَّع. Quodsi igitur Codex noster 126 Ibn-Djinníi Commentarium contineret, legeretur in eo يرقع, non مرقع. Contrarium vero obtinet; legitur in eo مرقع et de alterâ illâ lectione ne sermo quidem est. Commentarius Ibn-Djinnii est in Bibl. Escur. (n. 307).

De Codice cf. Cl. Juynboll l. l. p. 229 sqq.

DLIV. (Cod. 749 (2) Warn.)

Carmen ab *Abu-'l-Fath* Alí ibn-Mohammed *al-Bosti* (+ 400) compositum, cuius primi versûs sunt:

زيادة المرء فى دنياه نقصان وربحه غير محض الخير خسران

وكل وجدان حظ لا ثبات له فان معناه فى التحقيق فقدان

يا عامرا لخراب الدهر مجتهدا بالله هل لخراب العمر عمران

ويا حريصا على الاموال تجمعها انسيت ان سرور المال احزان

Additus est amplus Commentarius, cuius auctor non indicatur; sed quum incipiat a verbis الحمد لله الذى جعل ملح العلوم علم العربية, certum est, collato Hádjí-Khalífâ (IV, p. 534, vs. 3), Commentarium compositum esse ab as-saijid Abdolláh, vulgo Nocreh-kár dicto.

52 paginae, satis bene exaratae, non additâ anni notâ.

DLV. (Cod. 1258 (1) Schult.)

سِقْطُ ٱلزَّنْد, notissima collectio nonnullorum poëmatum coeci poëtae Abu-'l-Alá al-Maärrí (+ 449).

Codex anno 1178 nitide exaratus est. Alia exempl.: Paris. 133 (ap. Flügel, *W. Jahrb.* 91); Bodl. 769 (2), 1277, (Nic.) 329; Caes. Vind. (Hammeri 115); Mus. Asiat. Petr.; Vatic. 558; Escur. 274, 433.

DLVI. (Cod. 112 Gol.)

Titulus, ab illo qui totum Codicem exaravit scriptus et summâ cum curâ aureis rubrisque circulis inclusus, est hic: كتاب شرح سقط زند ابى العلا المعرى لشيخ الاسلام علامة الانام صاحب الفضائل الجسام يحيى التبريزى رحمه الله امين. Hunc titulum falsum esse, statim apparet Codicem 472 conferenti, qui reverâ at-Tibrizii Commentarium offert, ab illo qui Codice de quo agimus continetur, diversum. Continet hic, ut ipse librarius recte scripsit *in margine* tituli, ضوء السقط للمعرى نفسه, i. e. Commentarium ab ipso Abu-'l-Alá compositum; quod mihi patuit cum ex praefatione tum ex collatis locis, a Sacyo in tertio Chrestomathiae volumine ex ضوء السقط editis. De ضو السقط cf. imprimis Doct. Rieu, *De Abul-Alae vitâ et carminibus*, p. 66, qui correxit errorem Reiskii et Sacyi, hunc Commentarium a poëtâ *at-Tabrizio* dictatum fuisse autumantium, quum contra ipse in praefatione testetur, se illum Abu-Abdollae Mohammedi ibn-Abdolláh Ispahánensi dictasse.

In hoc Codice, anno 1026 exarato, textus carminum non omissus est ut factum est in Codice Parisiensi de quo retulit Sacyus (*Chrest.* III, p. 92); sed magnum damnum passus est quia textus ille minio scriptus est, cui gummi Arabicum adeo erat admixtum ut paginae inter se agglutinatae fuerint, et nonnulla nunc non amplius legi possint.

Alia exempl.: Paris. 1409; Bodl. (Uri) 1211, 1256.

DLVII. (Cod. 472 Warn.)

At-Tibrízii (+ 502) Commentarius in سقط الزند.

Antiquus hic est multisque vocalibus instructus sed inelegánter scriptus Codex, anno 589 exaratus.

Alia exempl.: Paris. (de quo cf. Sacyus l. l.) et Caes. Vind. (Hammeri) 399. Codex vero Oxon. (Uri) 1195 est pseudepigraphus.

DLVIII. (Cod. 605 Warn.)

Commentarius in idem opus auctore Abu-'l-Fadhl Kásim ibno-'l-Hosain al-Khowárezmí, vulgo *Çadro-'l-afádhil* dicto (+ 617), qui eum anno 587 Samarcandae scripsit eique titulum dedit: "ضرام السقط، فی شرح السقط.

Codex anno 1065 exaratus est.

Aliud exemplar est in Mus. Asiat. Petrop. (de quo v. de Sacy l. l.).

DLIX. (Cod. 100 Gol.)

Eiusdem poëtae لُزُوم ما لا يَلْزَم.

Summi pretii est antiquissimus hic Codex, nam ante annum 496 exaratus est a doctissimo philologo Ibno-'l-Djawálikí (de quo cf. supra p. 10); hic librum legerat coram at-Tibrízio, qui illius partem coram ipso poëtâ Abu-'l-Alá legerat. In titulo leguntur haec: كتاب لزوم — — رواية الشيخ الاجلّ الامام ابى زكرياء يحيى بن على الخطيب التبريزى اطال الله بقاءه عنه [1]

1) I. e. عن ابى العلا.

لموهوب بن احمد بن محمد بن الخضر الجواليقى نفعه الله بالعلم.

Paullo inferius scriptum est: انشدنا الشيخ الامام ابو زكريا لنفسه فى هذا الكتاب

تمتّعْ به علْقًا نفيسا فانه مقالُ بصيرٍ بالامور حكيم

اراك من الدنيا حقيقة حالها وسُكّانها من جاهل وعليم

Tum Ibno-'l-Djawálikíi manu tres versûs scripti sunt qui partim vetustate evanuerunt; recentiori manu quae chartam agglutinavit restituti sunt, et bene quidem, ut mihi *et* ablatâ chartâ *et* collatâ subscriptione, aliâ manu exaratâ, patuit, in quâ similia traduntur atque in notâ illâ quae in titulo exstat, nempe haec: فرغ من قراءة [1] كتاب لزوم ما لا يلزم لابى العلاء الى اخره من هذه النسخة قراءة على الشيخ الامام الاوحد ابى منصور موهوب بن احمد بن الخضر الجواليقى اطال الله بقاه عبد الله بن احمد بن احمد بن الخشاب فى مدة اخرها منتصف جمادى الاولى من تسع عشرة وخمس مائة والحمد لله الخ. In notâ quae in titulo exstat, testatur Ibno-'l-Djawálikí, Ibno-'l-Khasschábum, qui notam praecedentem scripsit et summus erat philologus (v. eius vitam apud Ibn-Khallicánem, I, p. ٣٧٥ ed. de Slane), hunc librum coram se legisse anno 519. Sed ipse Ibno-'l-Djawálikí librum *ante* annum 496 exaraverat; quod patet ex annotatione, quae ipsius at-Tibrízii manu exarata, in titulo exstat. Est haec: قرأ علىّ الشيخ الاديب ابو منصور موهوب بن احمد نفعه الله بالعلم هذا الكتاب من اوله الى اخره قراءة ضبط وتصحيح — وقرأتُ منه شيئًا على ابى العلا وكتب يحيى بن على الخطيب التبريزى سنة ست

1) Haec vox recentioris est manûs, quae quod antea scriptum erat, erasit.

وتسعين واربع مائة بمدينة السلام. In fine libri Ibno-'l-Djawálikí annum notavit quo hunc Codicem exaravit; sed propter detritam chartam haec anni nota nunc non amplius legi potest.

Habemus igitur classici operis exemplum, anno circiter 1100 p. Chr. exaratum, quod eandem fere atque autographum habet auctoritatem. Codicis pretium viros doctos Orientis haudquaquam fugit, nam in primâ Codicis folio legitur annotatio, a viro quodam in carcere scripta, ubi testatur, Baháo-'d-dínum ibno-'n-Nahhás (quem grammaticorum saeculi septimi facile principem fuisse, et anno 698 obiisse, testatur as-Sojutí) hunc librum olim possedisse pretiosissimisque suis thesauris annumerasse (وكان يعدّ هذا الكتاب من نفائس اعلاقه), et hanc ob causam eum nemini commodare solitum fuisse; quod ipse ille qui hanc notam scripsit, expertus erat. Mortuo vero Ibno-'n-Nahháso librum pro nostro N. N., in carcerem coniecto, emit Náciro-'d-dín Mohammed ibno-'l-Aradj (الاعرج) ar-Rumí; trecentis dirhemis constiterat (sic certe nunc in Codice scriptum est; sed recentiori, ut videtur, manu, quae illa quae antea scripta erant, erasit). — Codex 263 paginas continet et permultis vocalibus instructus est. Optime, vetustatis habitâ ratione, conservatus est.

DLX. (Cod. 906 Warn.)

Alterum exemplar eiusdem operis, a duobus librariis negligenter et sine vocalibus exaratum. Recens est.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 1293 et Mus. Asiat. Petr.

DLXI. (Cod. 1057 Warn.)

Díwán poëtae Abu-Mançur Alí ibno-'l-Hasan ibn-Alí ibno-'l-Fadhl, vulgo dicti *Çorr-Dorr* (صرّدر) (+ 465).

Primum carmen huius Díwáni compositum est in laudem Principis Fidelium al-Káyim biamrilláh. Sequuntur alia car-

mina encomiastica, scil. in laudem wezíri Abu-'l-Kásim Alí ibn-Maslamah aliorumque.

Codex noster exaratus est anno 549. Alia exempl.: Mus. Asiat. Petr. et Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣).

DLXII. (Cod. 749 (1) Warn.)

Carmen at-Tantaránii, in laudem Nidhámo-'l-molki (+ 485) compositum et a Sacyo, in secundo Chrestomathiae volumine, editum, cum amplo Commentario (cf. de Sacy, II, p. 500) cuius auctor non indicatur. Initium est: الحمد لله الذى رفع لسان العربية من بين العلوم والاداب ☆

71 paginae, satis bene exaratae. Addita quidem est nota diei et mensis, non vero anni.

Alia exempl.: Paris. 1454, (Ducaurroy) 42; Bodl. (Uri) 1274 (4); Caes. Vind. 547 (11) apud Hammerum et (Hammeri) 104; Acad. Orient. Vind. 184. Etiam Sacyus exemplar possidebat (v. l. l. p. 505), et supra (p. 30) vidimus, in Codice 1094 (20) 21 priores versûs huius carminis descriptos esse.

DLXIII. (Cod. 657 (5) Warn.)

كتاب الصادح والباغم والحازم والعازم auctore Abu-Jalá[1] Mohammed ibn-Mohammed *ibno-'l-Habbárijah* al-Abbásí (+ 504); de quo opere, ad exemplum libri *Kalílah wa Dimnah* composito, cf. Nicoll p. 325 sq., et imprimis Hammerus in *W. Jahrb.*, 90, p. 67—123, qui ibi magnam eius partem versibus Germanicis vertit.

Antiquus est Codex, anno 571 egregie exaratus. In duabus ultimis paginis ab eodem librario scriptum est carmen c. t. تصديقه. Initium est: صدق الله العظيم الذى ملا الوجود باحسانه احسانا ☆

---

1) His vocalibus hoc nomen proprium ab ipso antiquo librario instructum est; in *al-Kámuso* praecipitur *Jílá* esse pronuntiandum.

DLXIV. (Cod. 834 Warn.)

Idem liber. Codex anno 933 exaratus est.

Alia exempl.: Paris. 1426 (1) et 184 (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 10); Bodl. (Uri) 850 (4), 1260, (Nic.) 320 (1); Goth. 585; Caes. Vind. (apud Hammer) 484 (a) et (apud Flügel) 86; Escur. 472 (1), 552. Excerpta ex hoc libro exstant in Codice 881 (2), de quo supra diximus p. 32 sq.

DLXV. (Cod. 1545 (8) Testa)

Carmen, metro *ar-radjaz* compositum et praecepta ad vitam bene honesteque instituendam continens, quod inscriptum est: "وعمل أرجوزة وسماها عُمْدة الحُرَفاء وقدوة الظُّرَفا", et incipit a versibus:

هل من فتى ظريف
معاشرٍ حريف
يسمع من مقالى
ما يسهر اللآلى

Collato Nicollii Catalogo (p. 327), patet idem carmen exstare in Codice Bodl. (Nic.) 320, et in illo Ibno-'l-Habbárijae tribui, cuius كتاب الصادح والباغم eodem illo Codice Oxoniensi continetur. Idem est initium in nostro Codice et in Cod. Oxon., praeterquam quod in hoc pro حريف legitur لطيف, et pro يسهر, يبهر.

Speciminis afferendi ergo describo haec:

لا تحمل الطعاما
والنقل والمداما
فذاك فى الوليمه
شناعة عظيمه

لا يرضيها ادمى
غير وضيع عادم
وقُلّ من الكلام
ما لاق بالمدام
كرائق الاشعار
وطيب الاخبار

In singulis lineis quinque versûs scripti sunt, et carmen duas paginas et dimidiam occupat.

DLXVI. (Cod. 1019 Warn.)

Titulus in Codice est: كتاب شرح النّاجديّات للامام العالم العلامة عبد المُحْسِن القَيْصَرى رحمه الله تعالى. Composuerat scilicet al-Abíwardí (Abu-'l-Modhaffar Mohammed ibn-abí-'l-Abbás, cuius vitam vide apud Ibn-Khallicánem, Fasc. VII, p. ١٠٣ ed. Wüstenfeld), celebratus poëta qui ad Omaijadarum gentem pertinebat et anno 507 obiit, Díwánum in varia capita divisum, quorum singula inscripta erant: العراقيات, النجديات, الوجديات caet. Ex his unum caput, et quidem illud quod النجديات inscriptum est, selegit Abdo-'l-Mohsin al-Kaiçarí, ut commentario illustraret, quem, ut ipse in subscriptione (قال مولفه فرغ من تاليفه المفتقر الى الله الغنى، عبد المحسن القيصرى" زانه لله باجتماع الخاطر، وصانه من التوزع بكل مهمّ خاطر" ضحوة يوم الاحد الحادى عشر من جمادى الاخرة سنة تسع وخمسين وسبعمائة هجريه، نبويه" testatur, anno 759 absolvit.

Doxologiae initium est: ان اولى ما يتوشح به اللسان, et praefatio est haec: وبعد فان دقائق العربيه، وحقائق الفنون

الادبيه" لا يمكن تليين عريكتها، ولا يُمكّن من الاتّكاء على اريكتها" الا بممارسة قوانين الادب، ومباحثة دواوين العرب" فمن لم يضرب فى طلبها اكباد الابل، فهو عن معرفة خواصّ التركيب بمعزل" ومن لم يفز بتحصيل هذا الامل، فهو بمنزلة عالم بلا عمل" ثم ان اكثرها تداوُلا، واقربها تناوُلا" وايسرها حفظا، والطفها معنى ولفظا" هو كتاب التجديات الذى سار فى الاقطار سير القبول، وحلّ من القلوب محلّ القبول" تصبو اليه الطباع الموزونه، وتحنّ الى استنباط جواهره المخزونه" فهجس فى خاطرى ان انظم فى سلك القيد فرائد فوائده، واضع على خوان الاخوان موائد عوائده" فشرحتُه شرحا مقصورا على المقصود، وبيّنتُ مقاصده بيانا لم يتجاوز عن الحدّ المعهود" واشرتُ فيه الى ضروب القطعات وقوافيها، وخفيتُ من محتملات الفاظه اكثر خوافيها" واوضحتُ ما فيه من وجوه الاعراب، وتحاشيت فى جميع ذلك عن الاطناب" مستعينا بتوفيق الملك المنان، انه المستعان، وعليه التكلان" ☆

Al-Abiwardí in brevi praefatione, prosâ rhythmicâ conscriptâ, quam amplo Commentario illustrat al-Kaiçarí, promittit, se hoc in libro nec carmina laudatoria nec satiras daturum, sed cum elegias in quibus de Fortunae iniuriâ quaeratur, tum talia carmina in quibus suas laudes gentisque suae gloriam praedicet; quibus verbis addit, carmina quae composuerat فى الشكاية والفخر alio libro, nempe العراقيات, contineri. Primus qui explicatur versus est:

من ارتجى والى ما ينتهى أَرَبى ولم اطأْ صهوات السبعة الشهبِ ☆

Est spissus Codex, bene exaratus, non tamen ab ipso al-Kaiçario, ut censuisse videtur Codicis possessor qui titulo subscripsit haec: فى خطّاه (sic) عموما وخصوصا فى تاريخ سنة تسع

وخمسين وسبعمائة; hoc fieri non potest, nam in titulo, ipsius librarii manu exarato, solennis illa formula رحمه الله, quae non nisi de mortuis usurpatur, addita est.

Aliud exemplar huius operis mihi non innotuit, sed Diwán al-Abíwardíi est in Bibl. Paris. 1398, Bodl. (Uri) 1196 et Escur. 369 et 418 (1); Cod. Escur. 368 continet العراقيات.

DLXVII. (Cod. 527 (3) Warn.)

At-Tograyíi (+ 514) لَامِيَّةُ ٱلْعَجَمِ, celebratissimum et iam saepius editum carmen. Solus textus, duabus paginis comprehensus, hoc Codice continetur.

DLXVIII. (Cod. 1006 (1) Warn.)

نُزُولُ ٱلْغَيْثِ auctore *Bedro-'d-dín* Abu-Abdolláh Mohammed ibn-abí-Becr ibn-Omar *ad-Damámíní* (+ 828). Initium doxologiae descripsit Cl. Tornberg (*Catal. Upsal.*, p. 81); non plane convenit cum textu Codicis nostri, in quo scilicet longe fusius exposita est ad-Damámínii (vel, ut in nostro Codice appellatur, Ibno-'d-Damámínii) genealogia; pro اسباب, ut edidit Vir Cl., legatur اشتات; post المسائل addatur وتراض, et pro المعالى legatur المعانى. Minus accurate dixit praeterea, hoc ad-Damámínii opus esse commentarium locupletissimum in at-Tograyíi carmen. Etenim in praefatione narrat ad-Damámíní, se Alexandriae viros audivisse, doctos se appellantes et summis laudibus Commentarium cumulantes, a Çaláho-'d-dín aç-Çafadío (+ 764) in لامية العجم compositum, cui titulus "الغيث الذى انسجم فى شرح لامية العجم" (liber asservatur in Bibl. Instit. Reg. Neerl. 132, Paris. 1393 et 185 (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 10), Bodl. (Uri) 1200, 1203, 1206, 1232, 1275, 1280, Góth. 549, Caes. Vind. (Hammeri 106), Havn., Caes. Petr. (Achalc. apud Frähn, p. 10), Mus. Asiat. Petr., Escur. 319, 320, 321,

Cid Hammouda p. 15, Bibl. Soc. Asiat. Calc. p. ۴۲). Tandem librum illum nactus est anno 794. Legit, permultos errores deprehendit, et malum esse vidit; quapropter hoc opus composuit ad errores, in quos aç-Çafadius inciderat, indicandos et refutandos, quod acerbius saepe quam par erat fecit; وحيث كان ذلك التصنيف مرسوما بغيث الادب الذى انسجم في شرح لامية العجم" رايتُ ان اسمى هذه المناقشات بنزول الغيث لانها التى انزلته الى الحضيض، واوقعته من اعتراضاتها "في الطويل العريض. Speciminis instar describam initium operis, ubi refutare conatur auctor sententiam aç-Çafadii de titulo carminis لامية العجم:

قال واما هذه القصيدة اللامية فانما سميت لامية العجم تشبيها لها بلامية العرب لانها تضاهيها فى حكمها وامثالها ولامية العرب هى التى قالها الشنفرى واولها

اقيموا بنى امى [1] صدور مطيكم فانى الى قوم سواكم لاميل

وقد روى عن امير المومنين عمر بن الخطاب رضه انه قال علّموا اولادكم لامية العرب فانها تعلم مكارم الاخلاق ورايت لها شرحا حسنا كامل المقاصد كثير الفوائد وهو مجلد جيد وحسبك ان الناس قالوا فى هذه القصيدة انها لامية العجم فى نظير تلك يعنى ان كان للعرب قصيدة تسمى لامية مشهورة بالادب والامثال والحكم فان للعجم لامية اخرى تناظرها واضافة الشىء الى شىء مشهورٍ او عظيمٍ يدلُّ على شرف المضاف فان قوله تعالى من كان عدو الله وملائكته اشرفُ لهم من قوله والملائكة لاضافتهم اليه انتهى اقول اما الاضافة الواقعة فى قولهم لامية العرب فمشعرة

1) In Codice perperam additur فى.

بالتعظيم والشرف للمضاف من جهة شرف المضاف اليه اذ العرب
هم اهل اللسان المبين الراسخون اقداما فى البلاغة تهدة البيان
وفرسان الكلام وجهابذة الفصاحة فلا جرم ان اضافة المقول اليهم
يوجب تشريفا له وتنويها بشانه واما العجم فليسوا بهذه المثابة
ولا قريب منها بل هم ابعد الناس عن الفصاحة واقلهم تحصيلا
لملكة اللسان القويم لا ينكر ذلك الا جاهل او معاند ومن يكون
بهذه الصفة فكيف تدل الاضافة اليه على شرف ولو قيل بدلالتها
على العكس لكان صوابا والله اعلم ☆

Codex, vocalibus destitutus, currente calamo exaratus est anni notâ non additâ. Alia exempl.: Upsal. 136; Escur. 323 (1).

DLXIX. (Cod. 1036 Warn.)

بُرُوقُ ٱلْغَيْثِ auctore Takíjo-'d-dín ibn-Hoddjah (+ 837). Est compendium Commentarii aç-Çafadíi. In praefatione ait epitomator, aç-Çafadíi Commentarium prolixiorem esse multaque continere supervacanea. Loquitur deinde de Ibno-'d-Damámíníi in aç-Çafadíi Commentarium animadversionibus, ex quibus haud paucas describit; tum transit ad at-Tograyíi vitam enarrandam, auctoritate nixus Ibn-Khallicánis et Imádo-'d-díni in *al-Kharidâ* (citat etiam نصرة الفترة huius auctoris, sed verba quae laudat etiam apud Ibn-Khallicánem exstant), et tandem, nonnullis huius poëtae carminibus descriptis, ipsum لامية العجم commentario satis amplo illustrat.

Annus quo Codex scriptus sit, indicatus non est, sed ex multis notis, ab illis qui Codicem legerunt, scriptis, apparet, eum antiquissimum esse, quippe nono Arabum saeculo exaratum.

DLXX. (Cod. 147 Gol.)

Eiusdem libri alterum exemplar, anni notâ carens.

DLXXI. (Cod. 777 Warn.)

Commentarius in idem at-Tograyíi carmen, compositus ab Abu-Djomah (جمعة) Saíd ibn-Masud al-Marrékoschí aç-Çinhédjí, "الايضاح المبهم، من لامية العجم" (qui titulus in praefatione occurrit) inscriptus, et sultáno Maroccano Abu-'l-Abbás Ahmed, Scherifo Hasanidae, Abu-Abdollae Mohammedis filio, quem commentator summis effert laudibus, dedicatus.

Codex anno 1028 exaratus est; ex subscriptione patere videtur, eum ex auctoris autographo esse descriptum. Alius est in Mus. Asiat. Petr.

Accedunt duo carmina. Alterum, بهجة الزمان، فى مدح السلطان زيدان" inscriptum, compositum est ab Abdolláh ibn Abdorrahmán الدنوسرى. Primus versus (constat autem carmen 100 versibus) est:

اقبل السعد بالهنا والامانى وبدا السرور وجه الامانى ☆

Alterum carmen, 36 versibus constans, compositum est in laudem schaikho-'l-islámi Abdo-'r-rauf al-Monáwí as-Scháfii, وقرئت عليه يوم ختمه بمدرسة (sic) الصلاحية فى اواخر ربيع الثانى من سنة ١٠٣١. Primus versus:

تسامى العصر بالشيخ المناوى امام الناس عمدة كل راوى ☆

Codice 1496, infra inter Collectanea describendo, praeter alia continetur versio et explicatio carminis at-Tograyíi, auctore H. A. Schultens.

DLXXII. (Cod. 109 Gol.)

Elegia Ibn-Abduni († 529) in Aftasidas, cum Commentario historico Ibn-Badruni, inter annum 558 et 580 scripto. Codex charactere Africano exaratus est anno 996.

DLXXIII. (Cod. 733 Warn.)

Secundum exemplar, anno 1030 negligenter exaratum.

DLXXIV. (Cod. 770 Warn.)

Tertium exemplar idque recentissimum.

DLXXV. (Cod. 755 (4) Warn.)

Quartum exemplar, vel potius epitome, facta ab Ahmed ibn-Mohammed al-Khálidí aç-Çafadí. Codex anno 1021 scriptus est.

DLXXVI. (Cod. 1601)

Apographum Praefationis Ibn-Badruni et textûs poëmatis Ibn-Abduni, e Codice Petropolitano anno 1256 (1840) factum.

Donum Cl. Weijersii, qui hoc apographum a Cl. Gottwaldt acceperat.

Fuse de his et de reliquis qui in Europâ sunt Codicibus, egi in praefatione ad meam huius operis editionem.

DLXXVII. (Cod. 845 Warn.)

Titulus in Codice est: التنبيهات على معانى السبع العلويات, ونظم الشيخ العالم عز الدين عبد الحميد بن ابى الحديد continetque reverâ hic Codex carmina illa quae السبع العلويات dicuntur, composita ab Izzo-'d-dín Abdo-'l-Hamíd ibn-abi-'l-Hadíd et anonymi Commentario illustrata.

Ex nostro Codice inaccurata notitia quam Hádjí-Khalífah (v. III, p. 577) de hoc opere dedit, corrigi potest. Etenim aetatem quâ poëta florebat, non definivit; ex carmine autem *sexto* patet, eum circa annum 600 floruisse; nam carmen illud inscriptum est: وقال يمدحه (nempe النبى) ويذكر الحسين عمّ ويستصرخ بالناصر لدين الله ابى العباس احمد; florebat igitur poëta regnante khalífâ an-nácir lidínilláh Abu-'l-Abbás Ahmed (575—622). Affirmat praeterea bibliographus Turca, nostrum opus unum carmen 69 versuum de expugnato oppido Khaibar continere. Hoc falsum est, nam opus, ut iam ex titulo patet, *septem* carmina continet. Horum *primum* reverâ de expugnato Khaibaro agit et 69 versibus constat; sed primus

versus apud Hádjí-Khalífam, in editione certe Flügelii, ita corruptus est ut metri et grammaticae leges sint violatae. Pro verbis istis:

الا ان تجد المجد ابيض ملحوب ولكنه جمّ المهالك مرهوب

reponatur:

الا إن تجد المجد أبيض ملحوب ولكنه جمّ المهالك مرهوب

et verbis Flügelianis: *Certe invenis gloriam illustrem, magnam, attamen periculorum plenam, terribilem*, substituantur haec: *Nae gloriae via candet et cuivis patet; attamen periculorum plena est formidinemque iniicit.* Addam explicationem huius versûs, quo simul Commentarii specimen offeram: النجد الطريق المرتفع وقد يتسع فيه فيسمّى نجدا وان لم يكن مرتفعا والمجد الكرم قال ابن السكّيت المجد والشرف يكونان من قبل الاباء والحسب والكرم يكونان فى الرّجل وان لم يكن له اباء لهم شرف والملحوب الواضح يقال لحبلك اللحم عن العظم اللحبه لحيا اذا قشرته وكذا العود وغيره واللحم الكثير والمرهوب المخوف ☆

Secundum carmen compositum est in Meccae expugnationem; *tertium* (21 versuum) in Prophetae laudem; *quarti* argumentum idem est; *quintum* compositum est in caedem Hosaini, et itidem *sextum*, in quo poëta an-Nácirum alloquitur; *septimum* denique est denuo in laudem Prophetae.

Commentatoris nomen nusquam indicatur, et Commentarius diversus est ab illo quem commemorat Hádjí-Khalífah; differt enim initium, quod in nostro Codice est: بواجب الوجود استعين؛ وبارشاده سبل الحق استبين. Commentator ad Alidarum gentem pertinebat; in praefatione enim testatur, se, quum adhuc puer (صغير) esset, Ibn-abí-'l-Hadídi carmina edidicisse quae nunc Commentario illustret; وابيت ذلك على

طريق الاولويه ، اذ كنت من الاسرة العلويه ". Absoluto Commentario addit, se multa carmina in laudem Prophetae elegiasque (in caedem Hosaini) legisse, sed omnibus reliquis poëtis palmam praeripuisse Ibn-abí-'l-Hadídum.

Codex, 48 foliis quadruplicatis constans, anni notâ caret, sed recens est et bene exaratus. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DLXXVIII. (Cod. 881 (1) Warn.)

Díwán emíri Hosámo-'d-dín Isá ibn-Sindjar ibn-Bahrám al-Irbilí *al-Hájirí* (+ 632), collectus et ordinatus ab Omaro ibn-Mohammed ibno-'l-Hosain Damasceno. Divisus est in septem sectiones (فصول), 1a فيما قاله من الغزل ; 2a فيما قاله وكان مسجونا ; 3a فيما قاله من الابيات المخمسات ; 4a فيما قاله من الابيات المفردات ; 5a فيما قاله من الاهاجى ; 6a فيما قاله من المواليا ; 7a فيما قاله من الذوبيت.

Codex scriptus est anno 1015. Alia exemplaria sunt in Bibl. Vatic. 360 (5), in Mus. Asiat. Petrop. et in Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٢٢). Permulta carmina ex hoc Díwáno desumta continentur Codice 1094 (11), qui illo de quo egimus longe antiquior est; vide supra p. 28.

DLXXIX. (Cod. 867 Warn.)

Díwán poëtae Omar *ibno-'l-Fáridh* (+ 632), ordinatus a poëtae سبط Alio, quem minus recte poëtae discipulum fuisse putarunt Sacyus (*Chrestom. arabe*, III, p. 132), Cl. Flügel (*W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 4), Cl. Tornberg (*Catal. Upsal.* p. 136) aliique; nam fieri non potest ut Alius, qui, ut ex praefatione patet, anno circiter 730 florebat, discipulus fuerit poëtae qui anno 632 obiit. Recte vero in Catal. Oxon. (II, p. 618, qui locus omnino conferendus est) vocabulum سبط, Hádjí-Khalífae auctoritate, vertitur per *filium filiae*;

eadem explicatio invenitur in Commentario Abdo-'l-ganii an-Nábolosii, de quo infra dicam.

Codex egregie, omnibus fere vocalibus additis, scriptus est, anno 885.

DLXXX. (Cod. 171 Gol.)

Secundum exemplar eiusdem operis. Codex inelegantер exaratus est anno 1022.

DLXXXI. (Cod. 1536 Testa)

Tertium exemplar, anno 1104 negligenter exaratum.

DLXXXII. (Cod. 116 Gol.)

Idem Díwán, non tamen ex Alii sed e plane diversâ redactione, quae nec doxologiâ nec praefatione instructa est. Primum quod hìc occurrit carmen (cuius versus primus: قلبى يحدثنى ابانك مقلتى روحى فداك عرفت ام لم تعرف) legitur Cod. 867 p. 177. Codex, grandioribus literis Africanis exaratus, anni notâ caret.

DLXXXIII. (Cod. 1194 (8))

Haec pars Codicis 1194 titulo caret, sed continet carmina quaedam ex Ibno-'l-Fáridhi Díwáno, nempe illud quod primum est in Alii redactione, التائية الخمرية, caet. 34 pp. satis bene exaratae.

Pertinet ad Codices qui in antiquis Catalogis ex Mauritaniâ allati dicuntur.

Alia exemplaria Díwáni Ibno-'l-Fáridhi: Paris. 1395, 1396, 1397, 1467, et alia apud Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 4, cum Commentario cuius auctorem non nominat; cf. ibid. 92, *Anz.-Bl.*, p. 58; Bodl. (Uri) 1296, 1298 (1), (Nic.) 335 (5); Radcl. 8 K. 1—8 (Sale); cf. Doct. Lee 64 (4); Goth. 568, cf. 611 (1); cf. Dresd. 8; Caes. Vind. n. 505

(apud Hammer); Acad. Orient. Vind. 178; Hamburg. 190; Havn.; Upsal. 225 (18); Mus. Asiat. Petr.; Ambros. 163; Neapol. (2 expl.); Escur. 416 (2); Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٢).

DLXXXIV. (Cod. 152 *a* Gol.)

Commentarius in Ibno-'l-Fáridhi *Diwánum*, compositus a Bedro-'d-dín Hasan al-Burínî (+ 1024). Viris doctis iam innotuit ex excerptis publici iuris factis, cum a Sacyo in Vol. III Chrest. Arab., tum a Grangeret de Lagrange in Anthol. Arab., quorum tamen neuter Commentatoris nomen indicavit; loci vero, ab iis descripti ex Cod. Paris. 1479 et (Saint-Germain-des-Prés) 179, in nostro quoque leguntur Codice.

Codex mense Djomádá II anni 1033 exaratus est ab eodem Derwisch Ahmed qui Golio in emendis Codicibus operam suam praestitit et quaedam in eius usum descripsit (cf. Prologus ad Vol. I, p. XIV). Hunc vero Codicem absolvit duobus, et quod excedit, annis antequam Golius Halebum venisset.

Alia exempl. praeter duo Paris. de quibus dixi: Bodl. (Uri) 1233 (1); Radcl. 9 K. 1—9; Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣).

DLXXXV. (Cod. 1442 Testa)

Amplissimus Commentarius in eundem Diwánum, auctore Abdo-'l-ganí an-Nábolosí, cuius scriptoris genealogia, in praefatione tradita, haec est: Abdo-'l-ganí ibn-Ismáil ibn-Abdo-'l-ganí ibn-Ismáil ibn-Ahmed ibn-Ibráhím ibn-Ismáil ibn-Ibráhím ibn-Abdolláh ibn-Mohammed ibn-Abdorrahmán ibn-Ibráhím ibn-Abdorrahmán ibn-Ibráhím ibn-Sadolláh ibn-Djamáah al-Makdisí an-Nábolosí as-Schámí. Anno Ar. 1086 adhuc inter vivos erat, nam Codex noster 1545 (10) continet opusculum ab eo compositum cui titulus: أشتياق الأنسنة في الجواب عن الفرض والسنة, in cuius subscriptione legitur, illud ab eo esse compositum anno 1086.

In praefatione narrat auctor, se praeter Hasanis al-Burini Commentarium nullum alium vidisse, ad illustrandum Ibno-'l-Fáridhi Díwánum compositum; hunc vero Commentatorem, quippe non ad Çufios pertinentem (لما لم يكن من اهل البيت), Ibno-'l-Fáridhi poëmata ita interpretatum fuisse ut verborum tantum, non reconditarum mysticarumque sententiarum, rationem haberet, et carmen c. t. التائيّة الكبرى (a multis Çufiis, al-Burínio tali in argumento doctioribus, Commentario illustratum) omisisse propter eandem mysticismi ignorantiam. Novum itaque composuit Commentarium, qui eâ quoque in re ab al-Burínii Commentario differt, quod fuse explicat singula verba Praefationis Alii, ab al-Burínio omissae.

Est spissum volumen, 620 paginis quadruplicatis constans, attamen ne dimidiam quidem Commentarii partem continens; nam margini exteriori (*la tranche*) inscriptum est, *primum* volumen hoc Codice contineri, et ultima Codicis folia deperdita sunt. Ut nunc est, abrupte desinit in explicatione versûs:

وما زلتُ اياها وايای لم تزل ولا فرق بل ذاتی لذاتی احبّت

qui in التائية الكبرى occurrit (Cod. 867 p. 116). Codex recentis est aetatis, non male exaratus. Alii sunt in Mus. Asiat. Petr. et in Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣٦).

DLXXXVI. (Cod. 858 (2) Warn.)

Commentarius in Ibno-'l-Fáridhi poëma c. t. الخمريّة, compositus a Dáwud ibn-Mahmud ibn-Mohammed al-Kaiçarí (+ 751), qui, ut in praefatione testatur, antea Commentarium in التائية (المسماة بنظم الدر) composuerat, de quo infra dicturi sumus. Caeterum cf. Hádjí-Khalífah, IV, p. 537.

Sunt 37 paginae charactere nestalík exaratae, anno 1036.

DLXXXVII. (Cod. 816 (3) Warn.)

Hic Codex continet *primo* loco al-Kaiçarii Commentarium

in التائية; qui autem *tertio* loco in eo occurrit libellus titulo caret, nisi quod in primo Codicis folio legitur esse شرح الخمرية الفارضية. Est reverâ Commentarius in *al-Khamrijam*, et quidem, ut ex collato Codice de quo supra dixi patet, Commentarius al-Kaiçarii, sed hîc praefatio et tres dissertationes omissae sunt, et ne verbo quidem praemisso statim incipit Commentarius ad versum primum.

Libellus, non ab eodem librario scriptus qui Commentarium in التائية exaravit, anni notâ caret.

Alia exempl. Commentarii al-Kaiçarii: Bodl. (Uri) 1233 (2); Lips. 110 (10).

DLXXXVIII. (Cod. 601 (1) Warn.)

Commentarius *Persicus* in *al-Khamrijam*, auctore Abdorrahmán ibn-Ahmed Djámí (+ 898). Titulus est: لوامع انوار الكشف والشهود على قلوب ارباب الذوق والوجود. Initium doxologiae: سبحان من جميل ليس لوجهه نقاب الا النور; initium praefationis: اما بعد اين ورق چند است در شرح الفاظ وعبارات الخ ☆

Codex charactere talík exaratus est anno 949.

DLXXXIX. (Cod. 1027 (1) Warn.)

Idem opus. Codex charactere nestalík nitidissime exaratus est. Aliud exemplar est in Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣).

DXC. (Cod. 774 (5) Warn.)

Commentarius *Turcicus* in *al-Khamrijam*, auctore Ismáil al-Maulawí al-Ankirawí (+ 1042) [1]. Initium est: سپاس ومنّت اول حضرة. Codex anni notâ caret.

---

1) Cf. Hádji-Khalífah in voce التائية, II, p. 87.

DXCI. (Cod. 1140 Warn.)

Aliud eiusdem operis exemplar, itidem anni notâ carens, sed charactere nestalík exaratum.

Aliud exempl.: Caes. Vind. (Hammeri 111).

DXCII. (Cod. 732 Warn.)

Amplus Commentarius in Ibno-'l-Fáridhi poëma e. t. التائيّة, auctore Izzo-'d-dín Mahmud al-Káschí (+ 735). In nostro Codice Commentarii titulus est: "كشف الوجوه الغرّ لمعانى نظم الدرّ", quem titulum a quodam viro docto, non huic Commentario, sed Commentario al-Kaiçarii (de quo mox videbimus) tribui, affirmat Hádjí-Khalífah (II, p. 87); sed suspicor errasse aut bibliographum Turcam, aut illum quem secutus est; nam titulus ille bis, et quidem diversâ manu, in Codice nostro legitur.

Prima verba illa sunt quae descripsit Hádjí-Khalífah; sed in Flügelii editione post فلق addendum est بقدرته. Praecedunt Commentarium prolegomena satis ampla. Codex anno 987 exaratus est.

DXCIII. (Cod. 207 Gol.)

Statim hunc Codicem inspicienti apparet, Commentarium eo contineri in idem Ibno-'l-Fáridhi poëma; attamen auctor nullibi commemoratur, et cum doxologiâ tum praefatione caret opus, cuius finis desideratur, nam abrupte desinit in explicatione versûs:

وفى عالم التذكار للنفس علمها المقدّم تستهديه منى فتنيتى

qui carminis est antepaenultimus. Comparanti vero mihi hunc Commentarium cum praecedenti, apparuit esse eundem. Est itaque alterum exemplar Commentarii al-Káschíi, in quo prolegomena omissa sunt.

DXCIV. (Cod. 816 (1) Warn.)

Alius Commentarius in idem poëma, auctore al-Kaiçarí (+ 751; cf. supra n. DLXXXVII; in titulo et in praefatione huius Codicis vocatur Scharafo-'d-dín ar-Rumí al-Kaiçarí). De hoc opere cf. Cl. Tornberg *Catal. Upsal.* p. 87.

Codex anno 1021 exaratus est. Passim quae minio scribenda erant omisit librarius.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 1205, 1230 (1); Upsal. 141; Mus. Asiat. Petr.

DXCV. (Cod. 152 *b* Gol.)

Tertius Commentarius in idem poëma, auctore (ut recte margini exteriori (*la tranche*) inscriptum est) Schaikh Alawán (i. e. Alí ibn-Atíjah al-Hamawí al-Hítí, qui anno 922 diem supremum obiit; cf. Hádjí-Khalífah II, 87).

Incipit, ut dicit Hádjí-Khalífah, a verbis: الحمد لله الذى منه واليه, et in Introductione quaedam de ipso poëtâ dicuntur.

Codex anno 969 exaratus est. Aliud exempl.: Bodl. (Uri) 1242 (2).

DXCVI. (Cod. 875 (2) Warn.)

تُرجُمَانُ الأشْوَاقِ auctore Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Alí at-Táyí al-Hátimí al-Andalosí, vulgo Mohjí-'d-dín ibno-'l-Arabí dicto (+ 638).

Absolutâ doxologiâ (cuius initium est: الحمد لله الحسن الفعال) praefatio est haec: أما بعد فانى لما نزلتُ مكة شرفها الله تعالى سنة ثمان وتسعين وخمسمائة الفيتُ بها جماعة من الفضلاء — — ولم ار فيهم مع فضلهم مشغولا بنفسه، مشغوفا بالنظر

1) Articulus, quem Hádjí-Khalífah perperam omittit, cum in hoc tum in sq. Cod. additus est.

فيما بين يومه وامسه" مثل الشيخ — الامام بمقام ابراهيم عمّ — ابو شجاع زاهر بن رستم بن ابى الرجا الاصبهانى رحمه الله تعالى واخته المسنّة العالمة شيخة الحجاز — وكان لهذا الشيخ بنت عذرا، طفلة هيفا" تقيد النواظر، وتزين الخواطر، وتسرّ الخاطر، وتحير المناظر" تسمّى بالنظام وتلقّب بعين الشمس والبها من العالمات، العابدات، الزاهدات" شيخة الحرمين، وتَرْبِيَة البلد الامين" ان اسهبتْ اتعبت، وان اوجزتْ اعجزت، وان افصحتْ اوضحت" وان نطقت خرس قس بن ساعده، وان اكرمتْ خُفِس مَعْن بن زائده" فراعينا فى صحبتها كرم ذاتها مع ما يُضاف الى ذلك من صحبة العمّة والوالد فقلدناها من نظمنا فى هذا الكتاب احسن القلائد، بلسان نسيب رائق، وعبارات الغزل اللائق" — فكل اسم اذكره فى هذا الجزء فعنها اكنى، وكل دار اندبها فدارها اعنى" ولم ازل فيما نظمتُه من هذا الجزء من الايما الى الواردات الالهيه، والتنزلات الروحانيه، والمناسبات العلويه" جار (جاريا l.) على طريقتنا المثلى، فان الاخرة خير لنا من الاولى" الخ ☆

Plura de hac redactione dicturi sumus ad Codicem sequentem. Codex, 43 foliis constans, anno 992 exaratus est.

DXCVII. (Cod. 641 Warn.)

Commentarius quo ipse Ibno-'l-Arabí suum ترجمان الاشواق illustravit. Praefatio quam supra edidimus, in hoc Codice non exstat; in eâ vidimus, auctorem dicere, se carmina illa Çufica (eadem cum hoc tum praecedente Codice continentur) Meccae composuisse anno 598; contra in hoc Codice affirmat se ea mensibus Redjeb, Schabán et Ramadhán anni 611 composuisse. Postremum etiam legebatur in Codice quo usus est Hádjí-Khalífah (v. II, p. 276); attamen Codex quo usus

est bibliographus Turca, aliam redactionem offerebat quam ille de quo agimus; nam locus quem ex praefatione citat, nec in Codice 875 (2) nec in 641 legitur. Hic enim, doxologiâ carens (incipit quidem a solenni الحمد et وصلى, quae tamen doxologiam, proprie sic dictam, non constituunt), incipit a verbis قال السيد الامام; tum sequuntur omnes Ibno-'l-Arabíi tituli omniaque eius nomina; tum: استخرتُ الله تعالى وقيّدتُ في هذه الاوراق ما نظمتُه من الابيات الغزلية بمكة — في رجب الخ — في حال اعتماري في هذه الاشهر اشير بها الى معارف ربانيه، وانوار الاهيه، واسرار روحانيه، وعلوم عقليه، وتنبيهات شرعيه" وجعلتُ; tum sequuntur verba quae citavit Hádjí-Khalífah (l. l. vs. 9) (in editione Flügelii pro والتشبيب lege والنسيب, et pro فيتوفّر l. فتتوفّر) et post اليها in nostro Codice leguntur haec tantum: وقد نبهت بالقصد في ذلك بابيات وهي هذه; reliqua igitur quae Hádjí-Khalífah ex suo Codice excerpsit, in nostro non leguntur.

Sed ut redeamus unde digressi sumus. Non credo, haec carmina anno demum 611 ab Ibno-'l-Arabío esse composita, sed contra iam anno 598, ut in Codice 875 (2) indicatum esse vidimus. Suspicor carminibus istis, quae in pulcherrimam illam eloquentemque puellam composita esse ipse Ibno-'l-Arabí in prioris redactionis praefatione fatetur, haud leviter offensos fuisse severos et religiosos Moslimos; iudicabant sine dubio, ut saeculo praeterito iudicabat Casirius (I, p. 122), in illis »de »Amoribus et Amasiis, nullâ pudicitiae vel religionis habitâ »ratione, agi," nec sibi persuadere poterant, haec religiosa esse carmina. Haec suspicio fulcitur et sustentatur Codice Oxoniensi (Uri) 1276, redactionem offerenti quam hic non habemus, ex cuius praefatione haec in Add. et Emend. ad Catalogum Oxoniensem (p. 617) leguntur: »Commentarium, rogantibus »amicis, anno proximo [612], ideo confecit, quod quidam

» prius illud opus inculpaverant, eumque haud serio in eo egisse » reputaverant; hoc autem Commentario edito, nullum amplius » culpandi locum exstare censuerunt." Ut igitur offensionis et culpae memoriam deleret poëta, non tantum Commentario suo probavit coelestem, non terrestrem, amorem a se celebratum fuisse, sed insuper alio anno carmina esse composita fingit; quo quidem artificio quamquam illos decipere non poterat qui carmina iam antea legerant, sed illos tamen, qui de iis deque magnâ offensione cuius causa exstiterant, fando audiverant. — Haec verosimilia mihi videntur; sed dignum est argumentum quod ab aliis, quibus plures Codices in promptu sint, deditâ operâ illustretur.

Codex, 192 foliis quadruplicatis constans, anno 984 incomte exaratus est.

Alia exempl.: Paris. 1453 et 312 (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 46); Bodl. (Uri) 1276 et Mus. Asiat. Petrop. Haec carmina (sine commentario?) praeterea exstant in Bibl. Radcl. K. 1. 8, Bibl. Ducis Parmae (Hammer in *Bibl. Ital.* 59, p. 189), Vatic. 292 (2), 360 (4), Escur. 416 (1), 527 (4), et Cid-Hammouda (p. 16). An aliud exemplar redactionis illius quae Codice nostro 875 (2) continetur, in Europâ adsit, ex Catalogis non patet.

DXCVIII. (Cod. 312 Warn.)

Ingens Commentarius in Ibno-'l-Arabíi carmen Çuficum, c. t. التائية cuiusque primus versus est:

تنزّهت لما ان حللت بحضرتی ووحدت فی ذاک المقام بنظرتی

(in ترجمان الاشواق hoc carmen non reperitur). Commentarius compositus est, ut margini exteriori (*la tranche*) est inscriptum, ab Abdí (عبدی) Efendí, qui in praefatione, ad nauseam usque prolixâ, testatur, se hunc librum Constantinopoli anno 1031 absolvisse eique titulum dedisse: "قرّة عين الشهود ومرآة عرائس معانی الغيب والوجود". In Prolegomenis, quae

novem افلاک constant, de Çufiorum doctrinâ agitur. — Codex anno 1031 et charactere nestalík ab ipso auctore exaratus est.

DXCIX. (Cod. 1274)

Díwán poëtae Baháo-'d-dín al-kátib (+ 656), cuius plenum nomen erat Abu-'l-Fadhl Zohair ibn-Mohammed al-Mohallabí al-Atakí.

Hic Díwánus, secundum homoeoteleuta ordinatus, continet, praeter alia carmina, multa quae poëta in laudem al-meliko 'n-náciri, Saladini, aliorumque virorum principum composuit, et in quibus varias quas reportarunt victorias celebrat.

Codex, 200 paginis quadruplicatis constans, satis bene exaratus est anno 1002. In primâ paginâ E. Scheidius eum ex Oriente anno 1767 accepisse legitur. In Scheidii Catalogo est n. 25.

Alia exempl.: Paris. 1448; Bodl. (Uri) 1272, 1278; Radcl. (Sale 32. K. 2—3); Havn.; Upsal. 143; Vatic. 362; Escur. 445, 475; eundem Díwánum contineri suspicor Codice Alger. (p. 14), et Nobil. de Slane perperam de anthologiâ poeticâ cogitasse.

DC. (Cod. 1335 (9))

قَصِيدَةُ ٱلْبُرْدَةِ. Carmen mysticum iam saepius editum, quod in Prophetae laudem compositum est a Scharafo-'d-dín Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Saíd ad-Dulási al-Busírí (+ 694). Titulus etiam est: "الكواكب الدريه، فى مدح خير البريه. A Moslimis summâ in veneratione habetur hoc carmen, cui vel miracula tribuuntur; quapropter mirum non est, Commentariorum, ad illud illustrandum compositorum, ingentem esse numerum. Hic vero Codex solummodo textum continet. Est elegantissimum et perparvae formae volumen, serico involucro tectum; qualia Moslimi collo appensa, et usque ad medium pectus demissa, circumgestare solent. Complura alia opuscula theologici fere argumenti continet.

DCI. (Cod. 138 (1) Gol.)

Commentarius in carmen *al-Bordah* dictum, compositus ab auctore cuius nomen commemoratum non est; tradere tamen possum quis sit. In praefatione enim haec verba occurrunt: واعتمدتُ فى القصيدة المذكورة على رواية الشيخ الفقيه المحدث الراوى ابى عبد الله محمد بن الشيخ الفقيه الصالح ابى محمد جابر القيسى الوادياشى وحدّثنى بها سماعًا عن الشيخ الصوفى جمال الدين ابى عمر عثمان بن محمد التوزرى قال سمعتُها عن ناظقها ابى عبد الله المذكور. Quum itaque carmen a Mohammede ibn-Djábir, ex oppido Guadix oriundo, se accepisse tradat auctor, verosimile est, ipsum itidem Occidentalem fuisse. Accedit quod hoc volumine alia quoque continentur opera, ab Occidentalibus composita [1]. Sed omne dubium tollit locus, in praefatione Commentarii, ab Ibn-Marzuk compositi, obvius (Cod. 54 fol. 2 v.). Ibi enim haec leguntur: وحدثنى بها ايضا اجازةً الشيخ الفقيه الامام الاستاذ النحوى اللغوى الاعرف الحافظ المتفنن الراوية الصالح العارف ابو العباس احمد بن محمد بن عبد الرحمن الازدى التونسى الشهير بالقصّار رحمه الله تعالى وله على القصيدة المذكورة تعليق ذكر فيه

1) Inest v. g. huic volumini opus compositum a Granatensi Abu-'l-Kásim Mohammed ibn-Ahmed ibn-Mohammed ibn-Abdolláh ibn-Djozai al-Kelbí (+ 741), patre Abu-Abdolláh Mohammedis ibn-Djozai, illius qui Ibn-Batutae Itinerarium redegit (cf. Nobil. de Slane in *Journ. Asiat.*, IV$_e$ série, I, p. 241—246). Est florilegium ex Prophetae effatis, ab Ibn-Djozai in usum filii, qui Abu-Becr Ahmed vocabatur, compositum. In praefatione titulus traditur; est: "الانوار السنيه فى الالفاظ السُّنّيه". Idem opus commemoratur ab Ibno-'l-Khatíbo in vitâ Mohammedis ibn-Djozai (Cod. Cl. de Gayangos, fol. 279 v.; Cod. Paris. fol. 61 v.), sed ibi pro الالفاظ legitur الكلمات, quod eodem redit.

نبذا من اللغة والاعراب عن الشيخ الفقيه المحدث الرحّال ابى عبد الله محمد بن جابر القيسى الوادى اشى بحقّ سماعه لها عن الشيخ الصوفى جمال الدين ابى عبد الله محمد بن فخر الدين ابى عمرو عثمان بن محمد التوزرى بحقّ سماعه لها من ناظمها. Ex quibus verbis patet, primum, in Codice nostro 138 inter verba جمال الدين et ابى عمر (عمرو) excidisse haec: ابى الدين عبد الله محمد بن فخر الدين; librarii enim oculi a primo ad alterum الدين aberrasse videntur. Deinde certum nunc est, Commentarium qui Codice 138 continetur, compositum esse octavo Arabum saeculo ab Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Mohammed ibn-Abdorrahmán al-Azdí Tunetano, vulgo *al-Kaççár* dicto. Hunc commentarium perpaucis verbis commemoravit Hádjí-Khalífah (IV, 529).

Initium doxologiae est: الحمد لله الواجب وجوده الواسع فضله وجوده; initium operis ipsius: وبعد فانى اذكر فى هذا الكتاب ما يسر الله تعلى الخ.

Codex, 67 foliis quadruplicatis constans, charactere Africano exaratus est a duobus librariis, altero antiquo, altero minus quidem antiquo nec tamen recenti; quod explicari potest, si statuere licet, antiquitus folia quaedam excidisse, deinde a quodam suppleta.

DCII. (Cod. 54 Gol.)

كتاب اظهار صدق المودة. Est stupendus et horrendus Commentarius in carmen *al-Bordah*, a Schamso-'d-dín Mohammed *ibn-Marzuk* at-Tilimsáni (+ 781) compositus, ad quem legendum, ne dicam ad componendum, Arabis profecto requiruntur diligentia et patientia: commentarium nempe 600 et quae excedunt paginarum formae maximae, presse scriptarum, ad carmen 170 tantum versibus constans; nihilominus auctor serio

affirmat se brevitati studuisse. In praefatione narrat, se antea commentarium breviorem composuisse cui titulus الاستيعاب; commentarii autem de quo agimus ratio intelligitur ex his verbis, in praefatione obviis: وجعلتُ الكلام على ما اشرحه من ابياتها فى سبع تراجم اولها الغريب فى شرح لغات الالفاظ المفردة وما يتعلق بها من التصريف ثم التفسير فى شرح المعنى المقصود من تراكيب الجمل ثم المعانى فى ذكر حُكم خواصّ الكلم المستعملة فى ذلك التركيب دون غيرها افرادا او تركيبا ثم البيان فى ذكر وجوه ذلك التركيب من وضوح دلالته على المعنى المراد وبيان الحقيقة منه والمجاز وما يتخرط فى ذلك من الفنّ ثم البديع فى ذكر وجوه ما فى ذلك التركيب من المحاسن اللفظية والمعنوية ثم الاعراب فاذكر منه الوجوه القوية الظاهرة دون غيرها وفى ترجمة معينة على فهم معانى الابيات ثم الاشارات الصوفية اذكر منها ما يمكن ان يكون اشارة ظاهرة الى المعنى المذكور وقصدتُ فى كل ترجمة الى اقلّ ما يمكن ايثارا للاختصار مستعينا فى كثير منها عن ذكر ما وقع مثله فى نظيرها خشية السّآمة والتكرار ☆

Codex nitide exaratus est, anno 893, ab Ahmed ibn-Baháo-'d-dín as-Sakháwí al-Málikí.

DCIII. (Cod. 849 Warn.)

Tres Commentarii ad *al-Bordam* hoc Codice continentur, de quibus antequam agamus, describamus verba, in primo folio ab eodem qui Codicem exaravit scripta, ex quibus apparet quâ religiosâ veneratione Moslimi *al-Bordam* prosequuntur. Sunt haec: من اراد ان يقرأ القصيدة فليجدّد وضوءه وليصلّ ركعتين وليقرأ هذه الآية بعد الصلاة بالبسملة لقد جاءكم رسول من انفسكم عزيز عليه ما عَنِتُّمْ حريص عليكم بالمومنين رؤف رحيم

فان تولّوْا فقُلْ حسبى الله لا اله الا هو عليه توكّلتُ وهو ربُّ العرش العظيم [1] وليصلّ على النبى عليه الصلوة والسلام عشر مرّات ثم ليبدأ بالقصيدة المباركة كذا نُقل عن المشائخ الكبار ☆

Primus Commentarius titulo et nomine auctoris caret; quum vero incipiat a verbis الحمد لله المحتجب عن درك العيون, certum est, collatis Hádjí-Khalífâ (IV, p. 526 vs. 1) et Casirii Catalogo ad n. 314, hunc esse Commentarium Mohjí-'d-díni Mohammed ibn-Moçtafa, vulgo *Schaikh-zádeh* dicti (+ 951). Aliud exemplar est in Bibl. Escur. 314.

Secundus Commentarius compositus est, ut in Praefatione legitur, a schaikho Alí ibn-Madjdo-'d-dín as-Schárhrudí al-Bistámí (+ 875). Incipit reverâ, ut dixit Hádjí-Khalífah (IV, p. 525), a verbis: الحمد لله الذى جعل مقادير العلماء. Aliud exemplar est in Bibl. Dresd. 219 (1).

Tertius denique Commentarius cum in titulo tum in praefatione inscriptus est: "نزهة الطالبين وتحفة الراغبين"; auctorem, in praefatione commemoratum, habet Ahmed ibn-Mohammed ibn-abí-Becr ibn-Mohammed as-Schírází. Miro errore Hádjí-Khalífah (IV, 530 sq.) ex uno hoc Commentario duos effecit. Etenim primum ait, Commentarium c. t. نزهة الطالبين وتحفة الراغبين, de quo iam antea (p. 527) locutus erat, incipere a verbis الحمد لله نحمده ونستعينه (a quibus verbis Commentarius de quo agimus reverâ incipit, praeterquam quod in nostro Codice legitur نحمد, non نحمده); in Commentario de carminis metro sermonem esse (reverâ in nostro Codice, descripto primo carminis versu, de metro agitur: اعلم ان اولا هذه القصيدة المباركة من البحر (sic) البسيط. وهذا البحر الخ; est duarum paginarum dissertatio); exemplar se vidisse addit, anno 865 exaratum, et nomen auctoris Commentarii esse Masud ibn-Mahmud ibn-Jahjá al-Hosainí.

---

1) Est locus Coránicus, IX, duo ultimi versûs.

Deinde de alio Commentario loquitur bibliographus Turca; tum rursus de alio, cui itidem titulum tribuit نزهة الطالبين وتحفة الراغبين, et cuius idem initium, sed fusius, tradit; ait enim prima verba esse: الحمد لله نحمده ونستعينه ونؤمن به ونتوكّل عليه, quae verba eadem sunt atque prima quae in nostro Codice occurrunt. Addit, commentarium ad singulos versûs quinque paragraphis constare, quarum prima agit de مبادى, secunda de مقاصد. tertia de تراجم, quarta de تقطيعات (lege تعطيفات), quinta de اعرابات; auctorem Commentarii esse Fakhro-'d-dín Ahmed ibn-Mohammed ibn-abí-Becr ibn-Mohammed as-Schírází, eundem illum quem in nostro Codice tamquam commentatorem commemoratum vidimus; tradit praeterea, hunc commentatorem affirmare, se carmen tradere auctoritate praeceptorum, in quibus esset auctor *al-Kámusi*, seque additis multis disquisitionibus carmen commentatum esse mense Schabán anni 809, postquam antea, nempe mense Moharram anni 787, commentarium scripsisset qui tantum in poëtae verbis et ideis explicandis versaretur [1]. Haec omnia etiam in Codice nostro leguntur. En ipsa praefationis verba: وبعد فيقول احقر العباد وافقرهم، واضعف الناس وأحوجهم، المستعيذ بعفو الله العظيم، من العذاب الاليم، احمد بن محمد بن ابى بكر بن محمد الشيرازى — رويت القصيدة — عن الشيخ الامام — ابى عبد الله محمد بن عبد الله بن محمد بن عبد الله الحسينى الاياجى — وعن الشيخ الامام — ابى طاهر محمد بن يعقوب بن محمد الفيروزابادى ثم الشيرازى [2] فسح الله مدّته وادام على كافة المسلمين بركته — وشرحتها ثانيا

1) Textum Arabicum huius loci a Cl. Flügel intellectum non fuisse, patet ex versione Latinà quam adiecit.

2) Est auctor *al-Kámusi*.

مع ابحاث كثيرة وايرادات واجوبة ونكات لطيفة واعرابات غريبة ومناسبات دقيقة واحاديث نبوية وكلمات صوفية فى شعبان المعظم سنة ٨٠٩ بعد ان شرحتها أوّلا مقتصرا على حلّ الفاظها وشرح معانيها فى شهر المحرم سنة ٧٩٧ وجعلته وسيلة الى — — الرسول — — مبنيا على خمسة قواعد أبنية ومقاصد وتراجم وتعطيفات واعرابات مشيرا الى الاول بالباء والى الثانى بالقاف والى الثالث بالراء والى الرابع بالطاء والى الخامس بالعين وسميته نزهة الطالبين وتحفة الراغبين ۞

Luce itaque clarior est error Hádjí-Khalífae, ex uno commentario duos facientis. Quaestio tantum restat, undenam istum pseudo-commentatorem Masud ibn-Mahmud, et quae reliqua sunt nomina, desumserit. Fortasse falsum hoc nomen scriptum erat in antiquo de quo loquitur bibliographus Turca exemplo; fortasse hic librarium pro auctore habuit.

Totus Codex ab uno librario exaratus est, anno 1068.

Aliud exemplar tertii Commentarii est in Bibl. Paris. (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.* p. 5).

DCIV. (Cod. 696 Warn.)

Commentarius in *al-Bordam*, quem Djalálo-'d-dín al-Khodjandí discipulo cuidam suo dictavit. Codex titulo caret quidem, sed in praefatione occurrunt haec verba: وبعد فهذا مختصر فى شرح القصيدة المباركة الميمونة المسمّاة ببردة من بعض فوائد مولانا وسيّدنا الامام العالم العامل الفاضل افضل المتاخّرين بقية السلف الصالحين شيخ المنقطعين الى حرم الله تع وسيّد المجاورين فى حرم سيّدنا رسول الله جلال الدين الخجندى نفع الله المسلمين بطول حيوته واعاد علينا من بركاته جمعته بطريق الايجاز والاختصار ليكون اقرب الى الضبط تيسيرا للطالبين

وتسهيلا للراغبين. Initium est, ut quoque Hádjí-Khalífah (IV, p. 529) tradit: الحمد لله الذى اكرمنا بدين الاسلام.

Codex anni notâ caret.

DCV. (Cod. 1596)

Carmen *al-Bordah*, cum Commentario al-Khodjandii, descripto ex praecedente Codice; in margine additae sunt variae lectiones ex Ibn-Marzuki Commentario excerptae.

Emtus ex Bibl. Palmianâ (Catal. p. 191 n. 42).

DCVI. (Cod. 509 Warn.)

Amplus commentarius Persicus in *al-Bordam*, cui titulus "حدائق الاسلام، فى نعت النبى عليه السلام", auctore Jusof ibn-Mohammed ibn-Schihâb al-Djámí, vulgo *Jusof Ehli* (اهلى) dicto. Initium Arabice scriptae doxologiae est: احمد الله المحمود الذى خلق نور محمد صلعم قبل الاشياء، ثم خلق من نوره العرش والكرسى واللوح والقلم وارواح جميع الانبياء والاولياء" ☆

Hic Codex, charactere nestalík egregie exaratus, quantivis est pretii: ab ipso enim auctore scriptus est. In titulo haec, aliâ manu minutisque literis scripta, leguntur: اعلم ان هذه النسخة الشريفة بخطّ مصنّفه بلا نزاع ولا ريب ولا يخفى لمن نظر فى اوله واخره حيث ابتدأ وختم, quae reverâ confirmantur cum titulo (ex quo certe patet, auctorem adhuc inter vivos fuisse quum hoc exemplar scriberetur, nam eius nomini addita sunt verba: اصلح الله شانه وهداه), tum operis initio et fine, ab illo qui notulam illam scripsit citatis ut opinionem quam fovebat probaret; verum imprimis operis subscriptione, quâ ipse Jusof Ehli affirmat, se hunc Codicem anno 863 scripsisse, quam aetatem Codex manifesto arguit.

DCVII. (Cod. 784 Warn.).

Alterum exemplar eiusdem Commentarii Persici. Titulus hîc itidem est: "حدائق الاسلام، فی نعت النبی علیه السلام", et in praefatione idem auctor atque in praecedente Codice nominatur, sed in inscriptione, illius qui Codicem exaravit manu scriptâ, non *auctor* nominatur, sed *possessor* Codicis (من متملّكات الفقير ـــ قاسم بن منيع الله). Redactio in hoc Codice passim differre videtur ab illâ quae praecedente continetur.

Codex charactere nestalik exaratus est anno 1004.

تخميس poëmatis, al-Bordah dicti, exstat in Codice 366, de quo infra dicturi sumus.

DCVIII. (Cod. 1335 (10))

قَصِيدَةُ أُمِّ هَانِى, cuius initium est:

ما للمساكين مثلى مكثرى الزلل الا شفاعة خير الخلق والرسل

Est carmen similis argumenti atque *al-Bordah*.

DCIX. (Cod. 886 Warn.)

Huius Codicis initium iam in Oriente deperditum est, nam in folio quod nunc primum est, cernitur sigillum Orientale. Continet complures *mokhammasát* in laudem Prophetae, quae omnes ab uno eodemque poëtâ compositae videntur, et secundum syllabas finales alphabetice ordinatae sunt. Haud ita multa deperdita sunt, nam incipit Codex a carmine cuius homoeoteleuton est ـــاء. Quis horum carminum auctor sit, nescio. Codex anno 779 exaratus est.

DCX. (Cod. 861 (1) Warn.)

Diwán poëtae *Zaino-'d-dín* Abu-Hafç Omar ibn-Modhaffar *ibn*-Omar *al-Wardí*, qui anno 749 Halebi obiit [1].

1) Ibn-Habib in *Orient.* II, p. 390.

Primo loco opus poëmata continet, veluti carmen in laudem Prophetae cui intexta sunt hemistichia ex carmine ab Abu-'l-Aláo in laudem Ibno-'l-Façíçíi composito; carmen in obitum filiae suae; aliud in obitum Takíjo-'d-díní Ahmed ibn-Tímíjah qui, in arce Damasci inclusus, obiit anno 728; aliud in synagogam Iudaeorum Damasci, a kádhío Kamálo-'d-dín az-Zamlacáni in academiam conversam, in quâ traditiones de Prophetâ explicarentur; aliud in obitum schaikhi Mohanná (مهنا) ibn-Ibráhím; aliud, quod composuit poëta quum arx النقر dicta Armenis Francisque erepta erat; aliud, quod composuit quum Djamálo-'d-dín ibn-Nobátah ei versûs miserat, ab Aláo-'d-dín ibn-Fadhlolláh كاتب السرّ الشريف بالديار المصرية compositos, petieratque a poëtâ nostro ut versûs illos laudibus efferret; aliud, ad kádhí-'l-kodhát Schamso-'d-dín Mohammed ibno-'n-nakíb missum, qui munere suo, quo Halebi fungebatur, depositus erat; aliud, ad Schihábo-'d-dínum ibno-'l-Morahhal missum, qui scriptoris nostri lectionibus in magnâ Halebi mosqueâ adfuerat; aliud ad Ibn-Nobátam; aenigma cuius argumentum est *ignis*, et sic porro. Tum sequuntur perbrevia carmina et *mowasschahát*. Tum (fol. 76 v.) sequuntur opusculâ prosâ ornatiori conscripta, de quibus auctor in praefatione ait, se tertiam tantum partem illorum quae hoc in scribendi genere composuerat, daturum esse in hoc libro. Primo loco descriptae sunt *makámae*, nempe المقامة الصوفية, الانطاكية, المنبجية, المشهدية (quae anno 725 composita est) et المقامة المعروفة بصفو الرحيق، فى وصف الحريق. Omnes complura carmina continent. Tum sequuntur scriptiones: رسالة السيف والقلم, رسالة النبا، عن الوبا (in quâ occurrit (fol. 94 v.) carminis genus illud quod كان وكان vocatur; similia carmina reperiuntur fol. 103 v., 104 r. et aliis in locis), رسالة الى بعض بنى ربّان, *risálah* de terrae motu quae medio mense Schabán anni 744 locum habuit, وله من اجازة بيهجة الحاوى

وكتب من تصنيفه, *idjázah* Çaláho-'d-díno aç-Çafadío data, على قطعة من شعر بدر الدين حسن بن حبيب بعد ان كتب وله خطبة نكاح, عليها الفاضل جمال الدين ابن نباتة, aliaeque permultae epistolae, *idjázae* caet., quibus carmina sunt inserta. Folio denique 121 r. exstat librarii subscriptio, quae haec est: هذا اخر ما وجدتُه من ديوان الشيخ زين الدين عمر ابن الوردى رحمه الله تعالى نجز تعليقه ضحى نهار الخميس المبارك فى اوسط جمادى الاولى من شهور سنة ٧٦١. Attamen fol. 121 v. legitur: رفع للشيخ عمر بن الوردى سوال صورته ما قول اهل العلم فى الكلاله لا برحوا كالنجم فى الدلاله; sequitur responsum Ibno-'l-Wardii (sunt 12 *dubait*); tum sequitur صورة الاستجازة التى كتبها الصفدى له et pauca alia. — Hic Díwán non inutilis est ad historiam literariam prioris partis saeculi octavi illustrandam.

Codex, anno 976, ut vidimus, exaratus, 122 foliis octuplicatis constat. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCXI. (Cod. 1545 (9) Testa)

Carmen, metro *ar-radjaz* compositum, quod inscriptum est: وعمل ارجوزة وسماها اللطائم والاشناف رحمه الله تعالى. Collato Nicollii Catalogo, apparet, idem carmen contineri Codice Oxon. (Nic.) 320, ibique poëtae Ibn-Makánis tribui. Videtur hic Fakhro-'d-dín ibn-Makánis, qui anno 794 obiit; cf. Ibn-Habíb in *Orient.* II, p. 479 sq. Initium in Codice Oxon. idem est atque in nostro, in quo tamen pro نعوذ legitur اعوذ. Continet carmen praecepta moralia, quibus fabulae et historiolae insertae sunt, veluti fabula de bove et asino et historia wezíri et morionis (حلّال, quod *morionem* significare, patet ex totâ narratione, in quâ v. g. idem ille etiam مضحك vocatur), cuius initium est:

الم تكن [1] تسمع فى الامثال
حكاية الوزير والحلال
رَوَتْه ارباب الحديث والاثر
وخلّدوه حكمة ومعتبر
قالوا لنا انا سمعنا السلفا
يروون طرًّا ان بعض الخلفا
كان له راى وفهم ثاقب
وسهم عزم للمقال صائب
وكان فى دولته وزير
يطيعه الامير والمامور

Est historia illa quae in multis narratur libris, veluti in Ibn-Badruni *Commentario* p. ٣٩ sq. edit. meae.

Hoc carmen 10 paginas occupat. In singulis lineis quinque versûs scripti sunt.

DCXII. (Cod. 366 Warn.)

مِفْتَاحُ بَابِ ٱلْفَرَجِ. Díwán poëtae Scharafo-'d-dín Abu-Saíd Schabán ibn-Mohammed al-Koraschí as-Scháfií al-Athárí (الآثارى), qui ineunte nono Arabum saeculo in Jemanâ florebat.

Pleraque horum poëmatum in Prophetae laudem composita sunt, eo saepe consilio ut poëta exempla daret variarum figurarum rhetoricarum et metrorum generum. Liber introductionem (مقدّمة), decem capita (اقسام) et conclusionem (خاتمة) continet; sed ita ordinata sunt haec, ut singulis duodecim capitibus (si nempe etiam introductionem et conclusionem *ca-*

1) In Codice scriptum est يكن.

pita vocare licet) doxologia et praefatio praemissae sint; quo factum est ut duodecim hoc Codice contineantur libelli, qui cum inter se separari possunt, tum in unum corpus colligi. — Titulus *Introductionis* est: الخير الكثير، فى الصلاة والسلم على البشير النذير"; prosâ oratione conscripta, 40 traditiones continet فى الصلاة على النبى. — *Primum* caput inscriptum est: "نيل المراد، فى تخميس بانت سعاد". Describam specimen huius تخميس:

قل للعواذل مهما شئتموا قولوا
فليس لى بعد من اهواه معقول
ناديت يوم النوى والدمع مسبول
بانت سعاد فقلبى اليوم متبولُ
متيّم اثرها لم يُفْدَ مكبولُ
ما كُلّ مَنْ رام وصلا نحوها يصلُ
ولا الوشاة بابعادى لها وصلوا
دَعْنى فاهل الهوى فيها قد انتحلوا
وما سعاد غداة البين اذ رحلوا
الا أَغَنّ غضيضُ الطرف مكحول
كالبدر فى سحبه عَنّا مخدّرة
وان بدَتْ فهْى شمس الافق مسفرة
حسناء فاتكة للصبّ مُقْبِرة

In praefatione, huic carmini praemissâ, narrat auctor, se multos vidisse تخميس carminis *al-Bordah* dicti, sed duos tantum carminis Cabi ibn-Zohair, alterum a Çadro-'d-dín الكمانى (sic), alterum a Nuro-'d-dín Alí ibn-Farhun Medinensi compositum. Medinae quum esset anno 801, ipse تخميس com-

posuit eum in *al-Bordam* tum in بانت سعاد. Ex his corrigantur quae perperam dicta sunt ab Hádjí-Khalífâ (IV, p. 522). Idem تخميس continetur Cod. Lips. 298; sed perperam Cl. Fleischer (Catal. p. 535) dicit, hunc تخميس ab al-Ketnání (sic enim nomen legit quod in nostro Codice est الكمانى) compositum esse; quem errorem ex male intellectâ praefatione fluxisse, sequentia Fleischeri verba luculenter ostendunt. — *Secundum* caput inscriptum est: حل العقده، فى تخميس البرده. — *Tertium*: "العقد البديع، فى مدح الشفيع"; carmen 400 versuum in laudem Prophetae, varias figuras rhetoricas continens, cuius ut specimen afferam, initium describam:

براعة المطلع او براعة الاستهلال

حسن البراعة حمد الله فى الكلم ومدح احمد خير العرب والعجم

الجناس التام مع الاسم

سامٍ على الجنس حامٍ تم فى شرف من عهد سامٍ وحامٍ ثم فى القدم

Verba quibus lineam imponi curavi, minio scripta sunt in Codice. — *Quartum*: "الدُّرّ الغالى، فى مدح المقام العالى"; eiusdem generis carmen atque praecedens. Narrat poëta, se legisse celebratissimum poëma (cuius metrum البسيط et káfijah م est), ab Abdo-'l-azíz aç-Çafí (i. e. Çafíjo-'d-dín) al-Hillí compositum, et etiam illud, ab Izzo-'d-dín al-Maucilí compositum, cuius initium est:

براعة تستهل الدمع فى العلم عبارة عن نداء المفرد العلم;

se autem hoc de quo agimus carmen in horum duorum imitationem composuisse iussu al-meliko 'n-nácir Ahmed ibn-Ismáil ibno-'l-Abbás ibn-Alí (qui ab anno 803 usque ad annum 829 in Jemanâ regnavit; cf. Johannsen, *Hist. Jemanae*, p. 170 sqq.). Initium est:

براعة المطلع والتاجنيس المركب المتماثل لفظا لا خطا

دع عنك سلعا وسل عن ساكن الحرم وخلّ سلمى وسل ما فيه من كرم

Quintum: "بديع البديع، فى مدح الجناب الرفيع"; eiusdem generis carmen. — *Sextum:* "دواء الوجيع، فى مدح جيران البقيع"; eiusdem generis carmen. — *Septimum:* "وسيلة الملهوف، الى اهل المعروف". De hoc carmine (in quo figurae rhetoricae non occurrunt) ipse poëta refert haec: فهذه قصيدة صارعت بها بانت سعاد، فى مدح سيّد العباد، صلّعم وهى قصيدة مباركة دعوت بها على كل شخص يقال[1] الفقيه ابو بكر بن المستاذن المهتدى والده الى الاسلام الشريف وكان هو خطيب الجامع بثغر عدن المحروسة وكان يؤذينى كثيرا بلسانه، فحوّل الله فكّه من مكانه" وهو على المنبر قائما يخطب بالناس وقَصَصَه (sic) بذلك فى اقرب مدة واسرع زمان كرامة لتعلّقى فى سيد المرسلين، وفى آله الطيبين الطاهرين" ثم لما اتّصل ذلك بالمقام الشريف السلطانى الملكى الاشرفى اسمعيل بن العباس صاحب اليمن السعيد رحمة الله عليه عَزَلَه عن الخطابة وولّى الفقيه احمد بن خالد ثم لم يزل المذكور معثرا مخمولا الى ان مات ثم لما شاع ذلك من امرها استحسنها غالب الاصحاب وصاروا يدعون بها على الظالم فيعجّل الله تعالى لهم فيه بالفرج القريب كرامة للحبيب وآله — ولهذا سميتها وسيلة الملهوف، الى اهل المعروف" وهى مائة بيت على بحر البسيط والقافية من المتواتر على روى اللام المضمومة. (Princeps Jemanae, al-meliko 'l-aschraf Ismáil, pater erat al-meliko 'n-náciri, quem supra commemoratum vidimus; regnavit ab anno 778 usque ad annum 803). — *Octavum:* "الفرج القريب، فى معجزات الحبيب"; carmen in imi-

1) Locus corruptus mihi videtur.

tationem *al-Bordae* compositum. — *Nonum*: نزهة الكرام، فى مدح طَيْبَة والبيت الحرام"; carmen 90 versuum. — *Decimum*: "شفاء السقام، فى نوادر الصلوة والسلام"; prosâ oratione conscriptum est hoc caput, de quo ipse scriptor ait: فهذه نوادر الصلوة والسلام، على خير الانام" وهى اربعون نادرة منها خمسة وثلثون فى الصلوة ومنها خمسة فى السلام. — *Conclusionis* denique titulus est: "مسك الختام، فى اشعار الصلوة والسلام", scriptorisque consilium ex hisce eius verbis apparet: فهذه ابيات على البحور الستّة عشر، تتضمن الصلوة والسلام على خير البشر" ورتّبت لاسم كل بحر منها بكلمة فى بيته المشار اليه. Exemplum sit primum poëmation: قلت على بحر الطويل

اذا شئت ان تحيى حياةً طويلة وتغنم فى الدنيا امانا وفى الاخرى
فصلِّ على خير الانام محمد يصلّ عليك الله عن مدة عشرا ☆

Codex, 99 foliis constans, exaratus est quum fortasse Diwáni auctor adhuc inter vivos erat, anno scilicet 826. Videtur unicus.

DCXIII. (Cod. 1523 (6) Testa)

Carmen schaikhi Olwán, quo morum corruptelam, quae saeculo quo vivebat (i. e. Arabum decimo) obtinebat, perstringit. Metrum est *al-basít;* homoeoteleuton est مِ, quapropter carmen in titulo ميمية vocatur. Initium est:

قال الفقير الى مولاه ذى الكرم علوان ذو الذنب والعصيان والجرم

Deinde vs. 6°:

الله اكبرُ مِنْ خطبٍ أَلَمَّ بنا فى قرننا العاشر المشحون بالغمم

Sunt 7 pp. satis bene exaratae, sed finis desideratur.

DXIV. (Cod. 1445 Testa)

Ibn-Aflahi (ابن افلح) Díwánum hoc Codice contineri censuerunt Weijersius [1] et Meursingius. Hoc si admittimus, contineret Codex librum rarissimum, cuius alterum exemplum in Europâ, quantum scio, non adesset; collectionem scilicet poëmatum antiqui poëtae Bagdádensis qui anno 535 obiit cuiusque vitam scripsit Ibn-Khallicán (I, p. ٥٠٣ ed. de Slane). Sed multa obstant argumenta quominus hanc opinionem amplectar, et liber (quem consideratione dignissimum esse videbimus) non poëtae adscribendus mihi videtur qui saeculo sexto ineunte floruit, sed longe recentiori qui quatuor saeculis post scripsit. Etenim ex quatuor carminibus, quae ex Ibn-Aflahi Díwáno citat Ibn-Khallicán, nullum in nostro Codice invenitur. Poëtas praeterea, qui Ibn-Aflaho longe recentiores sunt, se imitari subinde testatur poëta. Occurrunt denique in libro nostro versûs quidam chronographici, in quibus omnibus finis saeculi decimi indicatur. Occurrit v. g. carmen, in quo mentio fit templi, a wezíro Hasano conditi; ultimus carminis versus est (fol. 63 v.):

وتنافس الفضلاء فى تاريخه قالوا محلّ الفيض قلتُ افِضْ حسن
٩٩٩ ٩٩٩

Bis hîc indicatur annus 999, ut recte in ipso Codice annotatum est; nam م est 40, ح est 8, ل est 30, ا est 1, ل iterum est 30, ف est 80, ى est 10, et ض est 800; quos numeros si colligimus, obtinemus 999. Eandem summam efficiunt literae افض حسن (1, 80, 800, 8, 60, 50). De eodem templo in alio carmine poëta loquitur ibique etiam dicit, anno محل الفيض (999) aedificatum esse (fol. 65 v.). Alii praeterea versûs chronographici occurrunt fol. 134 r., in quibus annus 999 indicatur.

---

1) In annotatione manu scriptâ ad Hádjí-Khalífam.

Non itaque Ibn-Aflahi hic est Díwánus. Error ortus est ex primo Codicis folio, ubi non librarii sed aliâ câque inconditâ manu scripta sunt haec: ديوان (sic) ابن افلح هو ابو القاسم العبسى; quae verba tali modo exarata sunt ut qui ea scripsit non libri titulum declarare voluisse videatur, sed memoriae adiuvandae causâ annotasse, proprium nomen Ibn-Aflahi, auctoris Díwáni cuiusdam (quem fortasse quaerebat), fuisse Abu-'l-Kásim Alí al-Absí. Nihilominus illis verbis deceptus est alius, nescio quis, qui margini exteriori (*la tranche*) inscripsit: ديوان ابن افلح ☆

Poëta autem noster (cuius nomen in Codice commemoratum non vidi) vivebat in Jemanâ et quidem in celeberrimo emporio Mochâ. Ait enim (fol. 64 v., vs. 3 a f.) قُطْرُنا اليمانى, et repetitis vicibus (fol. 57 v., vs. ult., 63 v., vs. 3) indicat, se scribere in urbe in quâ as-Schádhilí sepultus erat. Hic autem Abu-'l-Hasan Alí ibn-Omar as-Schádhilí, vir sanctus qui medio saeculo decimo floruit cuique usum potûs, quem *café* vocamus, deberi affirmant nonnulli (v. de Sacy, *Chrest. arabe*, I, p. ۴۶۹ et 481, ubi 656 est typothetae error pro 956), Mochae sepultus est, quam urbem illo auspice conditam esse credunt, hodieque sanctus ille vir ibi pie colitur; per eius nomen iurant Mochae incolae, et patronus est omnium tabernariorum qui *café* vendunt et ad Sonnitarum (Orthodoxorum) sectam pertinent; vide Niebuhr, *Beschrijving van Arabië*, p. 211, et imprimis eiusdem *Reize naar Arabië*, I, p. 419 sqq. Imo, poëta ipse Mocham nominat (fol. 63 r., vs. ult., 65 r., vs. 3 a f.) in carminibus quibus laudat wezírum Hasanem; quo nomine certissimum est illum Hasanem Páschâum indicari, Jemanae a sultáno Constantinopolitano Morádo III° praefectum, de quo egit Cl. Rutgers in libro c. t. *Historia Jemanae sub Hasano Pascha*, Codicem nostrum historicum c. t. *ar-Raudho 'l-hasan* secutus. Carmina illa anno 999 composita sunt, quo tempore Hasan Páschá Mocham venerat.

Poëta eum vocat Jemanae praefectum, a Morádo constitutum; eum cum exercitu ad duas urbes sanctas (Meccam et Medinam) se contulisse dicit; celebrat victorias quas de Persis et de Rá-fidhitis, in montanâ Jemanae parte habitantibus (i. e. Zaiditis), reportaverat;

بَسَّتْ جبال الرفض شدّة بَأْسه وطوى مناشير الضلالة والفتن

فتكسّرت اعلام كسرى وانزوت فرق الروافض وانكفا بهم الكفن

iustissimum eius in Jemanâ regimen eiusque munificentiam summis effert laudibus; gratias ei agit pro restaurato Mochae portu et aedificatâ in illâ urbe magnâ mosqueâ;

لحظت عنايتك المُخاء ومَنْ بها فسرى الصفا فى السرّ منهم والعلن

وغدا ضريح الشاذلىّ كأنّه روض نواضره تزحزح للحزن

والقبّة البيضاء يشهد نورها بقبول اعمال الوزير لمن فطن

والبندر المعمور عاد بعدلكم يسلى الغريبَ عن الأحبّة والسكن

أحييته بجوامع وبجامع جمع المحاسن فى زواياه استكن ☆

Attamen non semper Hasanis Páschái, i. e. Turcarum, partibus addictus fuerat poëta; nam fol. 57 r. exstat carmen quod compositum videtur in laudem adversarii huius Páschái, nimirum in laudem *imámi* Hasanis. Initium est:

لكن الخير اسعد يا ابا الخير تحسن فقد جاءك البرهان من خير محسن

هنيئًا لك البشرى التى فاح نشرها فجرّر ذيول المجد فى كل موطن

ألّا ان حسن الظن بالله أمره يؤول الى التحقيق للمتيقّن

Deinde:

عوالى المعالى فى قريش فمنهم الأئمّة هذا فى الحديث المعنعن

فعش يا امام المسلمين بوصلة مطرّزة بالاستقامة لا تبن ☆

Dignus itaque est hic Díwánus qui ab illis, qui rebus in Jemanâ decimo Arabum saeculo exeunte gestis operam dant, accuratius exploretur. In praefatione (initium doxologiae:

الحمد لله الذى اظهر الحقائق منظومة فى جيد الوجود ; initium praefationis : وبعد فاعلم ايّدك الله ان الالفاظ للمعانى كالاوانى) dedicat illum poëta Alío ibn-Kásim ad-Dábulí, quem etiam in carmine quodam (fol. 58 v., vs. 5 a f.) commemorat. Primum carmen, cuius primus versus est:

ما لقلبى سِوى مُحَيّاك قِبْلَهْ يا حبيبى بعد التلاقى وقَبْلَهْ

compositum est in laudem Prophetae, eique soli ex longioribus poëmatibus aliquid a librario inscriptum est; quod enim ad reliqua attinet, inscriptionibus spatium vacuum reliquit, literis minio scribendis deinde implendum, sed neglexit hoc facere. Tum sequuntur carmina quorum pleraque amatorii sunt argumenti; tum carmina illa in virorum principum laudem composita, de quibus dixi. Fol. 69 v. incipiunt *mowasschahát*; quod carminum genus ab Arabibus Occidentalibus inventum et postea ab Aegyptiis excultum esse, affirmat poëta in brevi praefatione, quam his *mowasschahát* praemisit.

Codex, bene exaratus et 135 foliis quadruplicatis constans, totum opus continere non videtur; desinit enim, nulla subscriptione additâ, in mediâ paginâ; sed in loco ubi desinit, brevissima descripta sunt carmina qualia *in fine* Diwánorum collocari solent; verosimile igitur est, haud ita multa in nostro Codice desiderari. Multae possessorum notae in duobus primis foliis reperiuntur, in quarum alterâ annus 1114 commemoratur. Codicem in Arabiâ scriptum esse censeo; unus certe ex possessoribus testatur, se librum Meccae emisse.

DCXV. (Cod. 774 (4) Warn.)

اَلْقَصِيدَةُ الْمُنْفَرِجَةُ; carmen quod nonnulli ab Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Ahmed ibn-Ibráhím al-Andalosí al-Koraschí, plerique vero ab Abu-'l-Fadhl Jusof ibn-Mohammed ibn-Jusof at-Tauzarí, vulgo Ibno-'n-nahwí dicto, compositum esse affirmant; cf. Hádjí-Khalífah, IV, p. 551, et Praef. in nostro

Codice. Ibno-'n-nahwíi aetatem nec Hádjí-Khalífah indicat, nec as-Sojutí, qui pauca de eo refert in *Vitis Grammaticorum* (Cod. Doct. Lee, fol. 179 r.).

Additus est Commentarius c. t. الاضواء البهجه فى ابراز دقائق المنفرجه, auctore Zaino-'d-dín Abu-Jahjá Zakaríjah ibn-Mohammed ibn-Ahmed al-Ançárí al-Scháfií (+ 926), qui eum anno 881 absolvit. Quaedam ex praefatione delibavit Hádjí-Khalífah; nos ea dabimus, quae ad metrum spectant, quod non est *jeneb*, ut legitur in Flügelii editione et nihili est, sed *al-khabab*, de quo Commentator haec: وهى من البحر السادس عشر المسمى بالخبب الذى تركه الخليل وغيره واثبته الاخفش وغيره وتفعيله فاعلن ثمان مرات وسمى بالخبب لقصر اجزائه وتقطيع ابياته يحاكى فى السمع ركض الخيل وخببنها وزحافة الخبن وهو حذف الساكن وان سكنت عينه فقيل بالاضمار بعد الخبن وقيل بالقطع وقيل بالتشعيث على ما مبيّن مع الصحيح منها فى محلّه. Est autem metrum carminis Ibno-'n-nahwíi idem atque carminis illius quod occurrit apud Abdo-'l-wáhidum (p. ٢١٣ edit. meae), qui illud a quodam suo amico, Alí ibn-Hazmun ex urbe Murciâ, inventum esse contendit, et falso quidem ut videtur. Ex Commentario de quo agimus patet, Arabes illud ad speciem XVIam, المتدارك, referre; confer Cl. Freytag, *Darstellung der Arabischen Verskunst*, p. 291 sqq., et corrige annotationem meam ad Abdo-'l-wáhidum l. l.

Codex non antiquus est.

Exstat hoc carmen cum diversis Commentariis in Bibl. Par. 1407, Bodl. (Uri) 9 (4), 1274 (2), (Nic.) 74 (20), Goth. 554, Caes. Vind. (Hammeri 25), Acad. Orient. Vind. 183, Dresd. 204 (1), Lips. 118 (12), 298 bis, Escur. 438, 439, 518 (1 et 2).

DCXVI. (Cod. 803 Warn.)

Diwán poëtae Mohammed ibn-abí-'l-wafá; opus quod Há-

djí-Khalífae incognitum erat. Poëta ad Çufíorum sectam pertinebat, et omnia eius carmina Çufici sunt argumenti. Initium huius Codicis deperditum est; incipit nunc a versu:

لا تدعيه وفيك منه بقيّة حتى تلوح عليك منه شواهدُ

Singulis carminibus saepe formula *bismilláh* praemissa est. Sunt inter ea تخميس et recentioribus metris interdum utitur poëta.

Codex, haud male exaratus, foliis 142 quadruplicatis constat; anni notâ caret, sed decimo Arabum saeculo scriptus mihi videtur. Aliud exemplar est in Bibl. Berol.

DCXVII. (Cod. 725 Warn.)

Titulus est: ديوان عبد اللطيف التكريتى رحمه الله يمدح سيدنا ومولانا رسول الله صلّعم وتتلوه قطعةٌ من شعر اخيه صفى الدين رحمه الله; ex quibus verbis argumentum intelligitur huius operis, quod Hádjí-Khalífae non innotuit; continet enim reverâ multa carmina, in Prophetae laudem composita; sed quonam tempore horum auctor, Abdo-'l-latíf at-Tikrítí, floruerit, definire nequeo; neque enim huius viri nomen me alibi legere memini, neque ex ipso opere, praefatione destituto, eius aetas apparet. Poëmata eius fratris, Çafíjo-'d-dín, quae eiusdem sunt argumenti, octo ultimas Codicis paginas implent.

Est spissus Codex, sed in singulis paginis pauci tantum versûs (sex vel octo) scripti sunt. Tineis blattisque passim corrosus est. Anni nota desideratur, sed Codex septimo vel octavo Arabum saeculo scriptus mihi videtur. Alius mihi non innotuit.

DCXVIII. (Cod. 1273)

Díwán poëtae Abu-'l-Hasan as-Schuschterí [1] an-Namírí al-Fásí.

---

1) Schuschter est pronunciatio vulgi pro Tuster, quae urbs in Khuzistán sita est; v. Abu-'l-fedái *Geogr.* p. ٣١٥.

Poëta erat Çufí; omnia eius poëmata Çufici sunt argumenti, et in omnibus usus est metris recentioribus, numquam antiquis; occurrunt igitur in hoc volumine multae *mowasschahát* aliaque id genus carmina.

Codex 213 paginas octuplicatas continet et optime exaratus est. Librarius in subscriptione nomen quidem suum profitetur, sed anni notam non addidit. In possessoris notâ annus 1125 notatus est. In primâ paginâ E. Scheidius legitur hunc Codicem ex Oriente accepisse anno 1767. Est in Scheidii Catalogo n. 26.

DCXIX. (Cod. 1397)

Apographum Codicis praecedentis, factum ab H. A. Schultens.

Emtum in auctione publicâ m. Octobri a. 1836.

Aliud exemplar est in Bibl. Escur. 276, et aliud apographum, ex Codice nostro 1273 a Willmet factum, est in Bibl. Inst. Reg. Neerl. (n. 134).

DCXX. (Cod. 1523 (4) Testa)

Carmen in laudem Prophetae, a Mohammede al-Magribí ita compositum ut singuli versûs a singulis alphabeti literis incipiant; prima litera primi versûs igitur est *a*, secundi *b* et sic porro. Titulus in Codice est: هذه الالفية عن سيدى محمد المغربى نفعنا الله به. Metrum (saepissime a poëtâ violatum) est *al-kámil*, et homoeoteleuton est ما. Sunt 10 pp. et finis desideratur.

DCXXI. (Cod. 1248 Schult.)

Díwán recentioris poëtae, cui nomen Abdorrahmán al-Alawí. Incipit sine praefatione a versu:

اسعدت بالوصل اوقات السعودى وجلت زين الحجا بالصفا

continetque multa carmina, in quibus poëta metris recentioribus utitur.

Est modicum volumen, ineleganter exaratum. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCXXII. (Cod. 1174 Warn.)

Inscriptione caret, sed est carmen, in obsidionem et expugnationem Halebi compositum, quod incipit a versu:

بدات بسم الاله الواحد الغفار رحيم رحمن غافر زلّة المختار

Halebi Páschá imperabat, qui الاى بيك vocatur. — Sunt decem paginae, pessime exaratae in chartâ Europaeâ.

DCXXIII. (Cod. 1194 (2))

Titulus est: هذه حشرية الصوفى ابراهيم على التمام والكمال, estque reverâ poëma quo ultimum iudicium describitur. Compositum est linguâ vulgari; flexiones certe grammaticales saepe abiectae sunt. Metrum est:

— ◡ — ◡ — ◡ — ◡

Est itaque *zadjal* (cf. Freytag, *Darstellung der Arabischen Verskunst*, p. 459) et homoeoteleuta ita ordinata sunt ut tribus versibus idem sit homoeoteleuton, et quaternis versibus idem sit homoeoteleuton in toto carmine, nempe ـرْ. Initium est:

سبحانَ مَنْ أنْشا الصُّوَرْ
وللعبادْ بالمَوْتْ قَهَرْ

سبحانَ من انشا الوجودْ
من العدمْ وأهْلَكْ ثَمُودْ
وعادْ وفرعونْ والجنودْ
وقومَ تُبَّعْ مَعْ مُضَرْ

سبحان من انشا السما
والارضَ مِنْ دخان وما

والعرش والكرسى كما
انشا السمٰوات الاخر

Absolutâ doxologiâ sic pergit poëta :

روى بن عباس الامام
عن النبى خير الانام
خبر صحيح مسند تمام
فى الحشر قد ورخ سير

اذا اراد الله بان
يخلى المنازل والسكن
يامر لعزريل فلن
يبقى على الغبرا بشر

تموت جميع العالمين
الانس والجن اجمعين
والوحش والطير هالكين
والشمس تكسف والقمر

Carmen 19 paginas occupat. Codex recens est, et pertinet ad illos qui in antiquis Catalogis ex Mauritaniâ allati dicuntur. Continetur eodem

DCXXIV. (Cod. 1194 (4))

Titulus est : هذه قصة الشيخ الامام العالم العلامة محمد بن احمد الوعيظى رضى الله عنه ورحمه على التمام والكمال ; sed pro قصة legendum est قصيدة, nam non est narratiuncula sed poëma, quo varia officia quae Moslimo incumbunt, enumerantur. Initium est :

ليس المقام بدار الذل من شيم ولا معاشرة الانذال من همم

Hoc carmen 10 paginas occupat, adiectaeque sunt duae paginae, quae duo carmina continent, a Scharafo-'d-dín al-Bunt composita. Primi initium est:

نوائب الدهر كفّى ان لم تكفّى فعفّى

Secundi:

ما كان احسن شملى وهو مجتمع مع الأحبّة والغُيّاب قد رَجَعْ (رجعوا)

Eodem Codice continetur

DCXXV. (Cod. 1194 (6))

Titulus est: هذه منصوبة صَفَى العَيْش لعلىّ بن النائب على التمام والكمال. Carmen compositum est ut recitaretur in hominum circulo, ut patet ex initio, ubi poëta auditores alloquitur plane ut facere solebant aevi medii qui dicebantur ioculatores. Est enim initium (vocales ego addidi):

نستخير اللّٰهْ فى الذى نستخيرْ
ونصلّى على البشير النذيرْ
وبدستوركم كبيرْ مَعْ صغيرْ
وبدستور السادة الحضارْ

اسمعوا منّى يا كرامْ يا اخيارْ
انتموا اعلى الكَرْمْ والاستبصارْ
باللّٰهْ وَأَصْغوا الى ياولى الاخيار
ما جرا لى فى عشقة الاقمار

Solus, ait poëta, solus et in egestate vitam degebam. Die quodam Veneris video nobilem et pulchram puellam ambulantem, quam quatuor elegantissimae ancillae comitabantur. Puellae amore statim depereo. Unam ex ancillis alloquor, quae dominam suam Çafá-'l-aisch (vocales in titulo additae sunt), i. e. *vita suavis est*, appellari et emíri Schabán filiam esse

declarat. Puellas comitor, et dominae quis sim interroganti respondeo, me possidere alteram partem domûs illius cuius alteram partem emírus Schabán possidet, et hunc debito mihi obstrictum esse; immensas opes, veluti palatia magnificentissima, equos, servos caet., me possidere affirmo. »Te mendacem esse non »credo," respondet puella, mihique roganti ut mecum domum meam se conferat, annuit tandem. Duo tum eramus animi qui uno eodemque corpore continentur; grata ei erant oscula, gratiora mihi; praeterea — sed haec potius Arabice dabimus —

وقطعنا بريد وست عشر
سرعة قالت هذا احلو سكر
كرروا لى يحلى فى الاستكرار

Tum rogat puella: »ubinam sunt opes de quibus narrasti?" — »Equidem nihil possideo," inquam; »poëta sum; versûs pon»dero, non vero aurum; sed te carmine celebrabo." — Pudore suffusa puella haec: »Igiturne mihi violatae sic abeun»dum est?" — Ego: »Sume pallium tuum et abi." — Clauditur carmen laudibus Prophetae et his versibus in quibus poëta de se ipso loquitur regionemque indicat quam incolebat:

هكذا نظم الابتكار يعمل
ونظام المتطاولات والرجل
لو رآنى البطال ضرب بى المثل
وتعلم منى الحيل واستعار
وأنا بن الثائب وعلى أسمى [1]
بارض زفتة مقيم وشاع نظمى
الرجل حرفتى ومن فهمى
القصائد وانظم الاشعار

1) *Et Ali nomen meum est.*

يَاهْل زفتهْ اذا انقضى عمرى
وٱلْحَدُونى وصرتُ فى قبرى
كلّما مرّ بينكم ذكرى
اسالوا للّهْ يغفر لى الاوزار

Ex quibus verbis fortasse conficiendum est, hoc quoque carmen esse *zadjal*. Metrum mihi videtur *al-khafif*:

فاعلاتن مستفعلن فاعلا (فعْلا)

sed, ut fit in poësi populari, poëta longas syllabas saepe corripit, breves producit, multas alias licentias sibi sumit et linguâ vulgari utitur.

Carmen 30 paginas occupat et eodem Codice aliud poëseos popularis specimen continetur, nempe:

DCXXVI. (Cod. 1194 (7))

Titulus est: هذه قصة قفل الحارس عليها دريكم على التمام والكمال. Sed 28 strophae, quarum singulis inscriptum est: البيت. Metrum est *ar-ramal*, et homoeoteleuta eodem modo disposita sunt atque in carmine Ibráhími Cufii et in carmine Alii ibno-'n-náïb, de quibus diximus. Duae priores strophae doxologiam continent, et ex ultimo versu secundi:

اوعدونى ثم اوفق وعْدَكُمْ

patere videtur, carmen compositum esse eo consilio ut ille qui illud recitaret, ab auditoribus nummos acciperet. Tum poëta haec: Dormibant omnes, at ego, pulchrae puellae amore captus, vigiliis cruciabar; quâ de re quum puella certior esset facta, haec mihi dixit: »praemiis corrumpe ianitorem plateae »in quâ habito et noctu ad me veni." Noctu itaque ad plateam illam me confero.

حين اتيتُ الدّرْبَ ألْقاه انقفل

بالعجال قد ساح دمعی وانهمل
صرت قائل یا ملاح کیف العمل
قفل الحارس علیا دربکم

(Ab ultimo hoc versu carmen nomen suum accepit.) Pergit poëta: Ianitorem alloquor; amorem declaro; et ille: » Da » mihi quod cupio; ego tibi quod cupis dabo." Promitto itaque pecuniam; ad amasiam meam admittor, quâcum noctem transigo; aurorâ appropinquante venit ianitor cui do quod promiseram. — Paenultimâ strophâ Prophetae laudes celebrantur; in ultimâ poëta nomen suum declarat his verbis:

وانا القیم محمد کتبتی
ابن عباس والصوافه ضیعتی
حبت المنظوم بدیع من فکرتی
وان اردتو غیر دا أسمعتکم ☆

Sunt 14 paginae; et in solo hoc libello versûs eo modo dispositi sunt quo disponendi mihi videntur; nempe ita, ut quatuor versûs strophàm constituant. Nam in Ibrâhimi carmine singuli versûs scripti sunt quasi essent hemistichia, et in Alii carmine scripti sunt hoc modo:

نستخیر الله فی الذی نستخیر
ونصلی علی البشیر النذیر
وبدستورکم کبیر مع صغیر
وبدستور السادة الحضار ☆

b. LIBRI PERSICI.

DCXXVII. (Cod. 1623)

Hiç liber, titulo carens, permulta poëmata Persiça diverso-

rum poëtarum continet, quae vir quidam, in Indiâ vivens, in suum usum collegisse videtur.

Primo loco occurrunt multae *gazelae*, inter quas sunt quae compositae sunt a Çáyib, Emír Khosru, Hiláli; tum *mokhammas* ex Háfidhi Díwáno, *mokhammas* Khácánii, *mokhammas* Rádhii, alius Khodjá Çálihi, poëma Nácir Alii, multa رباعی, نامه عاشق باجانب معشوق, مناجات شیخ بختیار کاکی et similia.

Codex charactere talík negligenter exaratus est in malâ illâ chartae specie quae in Indiâ in usu est.

Emtus e Bibl. Nedermeijer Bosch, m. Sept. anni 1848 (*Catal.* n. 8).

DCXXVIII. (Cod. 1620)

Varia poëmata, quorum primum est *Methnewi* Nácir Alii. Sequuntur complura alia, imprimis *gazelae*; sed a quonam vel a quibusnam composita sint, in Codice non traditur. Fortasse tamen haec quoque Nácir Alium auctorem habent; sequitur certe longum carmen (quod in capite primae paginae, quae caeteroquin vacua relicta est) Nácir Alio tribuitur. In fine est opusculum Çuficum, partim solutâ, partim ligatâ oratione conscriptum, c. t. مرات الطریق, auctore محمد بیک ساعی.

Codex charactere talík negligenter exaratus est in Indiâ.

Emtus e Bibl. Nedermeijer Bosch, m. Sept. anni 1848 (*Catal.* n. 3).

DCXXIX. (Cod. 1334)

Adversaria Persae cuiusdam, quorum pleraque brevissima sunt carmina. Parvi huius Codicis forma est oblonga.

Oriundus e Bibl. Societ. Indiae Orient.

DCXXX. (Cod. 968 (2) Warn.)

Huius libri titulus, annus quo compositus est et nomen auctoris apparent ex paenultimo capite (c. t. مقالت در تاریخ کتاب), ubi haec leguntur:

مرین‌را روشنائی نامه نامست خردرا روشنائی زین بکامست

بسال سیصد وچل وسه بر سر که هجرت کرد آن روح مطهر

et deinde :

اگر دعوی کنم حقا که جایست حقیقت ناصر خسرو خدایست

Est igitur روشنائی نامه, anno 343 compositus a Nácir Khosru ; cf. Hádjí-Khalífah, III, p. 483, et Hammeri Hist. Poës. Pers. p. 43.

Libellus in *makálas* divisus est, quarum tituli sunt: اندر فطرت عقل کل ✿ اندر بدید آمدن نفس کل ✿ اندر بدید آمدن اجرام سماوی ✿ اندر بدید آمدن موالید چهار گانه ✿ اندر فطرت انسان ✿ اندر نفس ناطقهٔ بنی آدم ✿ اندر حشر اجساد ✿ اندر اثبات اعراض وجواهر ✿ اندر حواس ظاهر وباطن ✿ اندر صفت کمال بنی آدم ✿ اندر مرتبهٔ دوم بنی آدم ✿ اندر شناختن نفس خود ✿ اندر گرفتن عزلت ✿ اندر اخلاق حمیده وذمیمه ✿ اندر جلیس احباب وغیره ✿ در مذمّت دوستان ریائی ✿ در اخلاق ذمیمه ✿ اندر مذمّت غمازان ✿ اندر مذمّت سفها وجهال ✿ اندر خاموشی ونگه داشتن سر ✿ اندر نکوهش جاه ومال ✿ اندر احوال کواکب ✿ اندر رضا وتسلیم ✿ اندر نکوهش جهان ✿ اندر مذمّت شعرا ✿ اندر ختم کتاب ✿ اندر ارواح اخیار وابرار ✿ در تاریخ کتاب ✿ اندر مناجات ✿

Codex, 15 foliis quadruplicatis constans, bene exaratus est charactere talík, anno 855. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCXXXI. (Cod. 494 Warn.)

Ferdusíi (qui ineunte saeculo quinto obiit) *Schâhnâmeh.* Codex, tabulis minoribus ornatus, nitide exaratus est anno 840 charactere nestalík.

DCXXXII. (Cod. 598 Warn.)

Hic liber, qui inscriptus est: ذكر ملوك الفرس ومدد دولهم وشرح بعض مناقبهم ووقائعهم وما انتهى اليه امرهم الى خلافة امير المومنين عمر بن الخطاب رضه على يد سعد بن ابى وقاص, est epitome Arabica Schâhnámehi, facta ex versione Arabicâ quam Abu-'l-Fath Alí Ispahanensis (sic enim legitur in nostro Codice, non al-Fath ibn-Alí, ut est in Flügelianâ Hádjí-Khálífae editione, IV, p. 12) anno 675 absolverat. Codex, in cuius fine lacuna est, primum tantum operis volumen continet. Exaratus est anno 834.

DCXXXIII. (Cod. 1242 (3) Schult.)

Florilegium ex Nidhámii (+ 576) *Khamseh.* Titulus est: كتاب خلاصه خمسه من تصنيف ملك الشعرا خواجه نظامى گنجوى. Primus qui occurrit locus est ex *Makhzen el-asrár*, nempe مناجات اول (p. ٣ in Blandii editione).

49 folia, in Indiâ charactere talík exarata.

DCXXXIV. (Cod. 1237 Schult.)

Khosru et Schirín auctore Nidhámí. Codex charactere talík exaratus est. Alia exempl.: Radcl. (Fraser p. 17); Dresd. 1; Vatic. 27. Epitome Arabica continetur Cod. Palat. 139 (*a*).

DCXXXV. (Cod. 1309)

اسكندر نامه auctore Nidhámí. Codex anno 1175 scriptus est.

DCXXXVI. (Cod. 1239 Schult.)

Alterum exemplar.

DCXXXVII. (Cod. 1619)

Tertium exemplar, cuius initio glossae additae sunt.

Emtum Culemburgi ex Bibl. Nedermeijer Bosch, m. Sept. 1848.

DCXXXVIII. (Cod. 1586 (3))

Pars prior eiusdem libri.

Emtus ex Bibl. Palm. (*Catal.* p. 133, n. 23).

DCXXXIX. (Cod. 1208)

Pars prior eiusdem libri. Cf. Cl. Weijers in *Orient.* I, p. 317—319.

Donum Io. Iac. Reiskii.

Ex his quinque exemplaribus, quae omnia charactere talík aut nestalík exarata sunt, nullum aut antiquitate aut pulchritudine se commendat. Al. exempl.: Paris. 230, 280, 281; Bodl. (Uri, Pers.) 118, (Ouseley) 63—65; Radcl. (Fraser p. 17); East India House; Caes. Petr. (Bajes. p. 3); Palat. 135; Escur. 1657.

DCXL. (Cod. 274 Warn.)

Omnia opera poëtica mystici poëtae Djelálo-'d-dín Rumí (+ 672) antiquo et praestantissimo hoc Codice, qui titulo destitutus est, continentur. Est magnae molis volumen.

Primo loco occurrit longissimum illud poëma, *Methnewí* dictum, quod al-Káhirae editum est. — Secundo loco occurrit opus titulo carens; sed collatis cum libro quem Nobil. de Rozenzweig anno 1838 edidit, tum Codice nostro 715 de quo mox dicturus sum, patet esse Djelálo-'d-dín Rumíi Díwánum, secundum homoeoteleuta alphabetice ordinatum. Praefatio incipit a verbis: حمد بی حد، وثنای بی عد" مر حضرت باک آن واجب الوجود وداثب الفضل والجودرا. — Tertio loco occurrit liber, itidem titulo destitutus, qui ea continet quae Djelálo-'d-dín Rumí de locis Coránicis, et de locis ex traditione de Prophetâ desumtis, composuerat. Non ab ipso poëtâ, sed ab alio quodam viro collecta sunt haec. In praefatione post doxologiam, versibus conscriptam, occurrunt hi versûs:

چند خطّی را که فرمودند طلب بر سبیل وعظ دنیا زآن سبب
هر چه یاد آمد زقرآن وخبر وزمعالنهای [1] شیخ راه بر
شاه مولانا جلال الحقّ دین خازن اسرار ربّ العالمین
نظم کردم تا بود سهل کرام آن حقائق را بذکر خاص وعام
بو که این محتاج را وقت دعا یاد آرند در دل از صدق وصفا
زان دعای صادقان ذو الجلال احمد رومی [2] جشد جام وصال

Hoc ultimum est ex operibus Djelálo-'d-díni Rumí. In subscriptione testatur librarius, se hoc volumen, quod charactere nestalík egregie exaratum est, absolvisse anno 851.

Decem ultimae Codicis paginae aliud opus continent, nempe quatuor *terdjias*. Titulus est: هذا کتاب الترجیعات. Prima *terdjiah* auctorem habet Auhadí (+ 697); secunda Iráki (+ 709) (est carmen illud quod incipit a versu:

اکوس تلالات بمدام

cuius initium Germanice vertit Hammerus, *Gesch. der sch. Redek Pers.*, p. 227); tertia Khodju Kermání (+ 742); quarta Nácir Bokhári. Utrum haec libri pars ab eodem librario scripta sit atque reliqua, diiudicare non ausim.

DCXLI. (Cod. 534 Warn.)

Pulcherrimum exemplar carminis *Methnewi*, charactere nestalík egregie exaratum anno 879. Duae primae paginae et prima verba singulorum sex librorum quibus opus constat, pulcherrime picta sunt.

Alia exemplaria in plerisque Bibl. exstant.

DCXLII. (Cod. 822 (1—3) Warn.)

Tria opuscula Persica, ad varios locos ex *Methnewi* expli-

1) Credo legendum esse وزمقالتهای.

2) Ex hoc loco patet, nomen Djelálo-'d-díni fuisse *Ahmed*, non *Mohammed* ut legitur in Hammeri Historiâ poëseos Persicae.

candos composita; duo priora auctorem habent Hasan ibn-Auhad, vulgo Dharífí (ظريفى) dictum; tertium compositum est a Maulá Djámí.

In primo opusculo (quod sultáno Othmánico Solaimáno (926—974) dedicatum est et incipit a verbis: الحمد لله الذى انعم علينا وهدانا للاسلام) explicantur 34 primi qui in *Methnewí* occurrunt versûs, ii scilicet in quibus poëta tibiam alloquitur. Libellus 40 paginis constat. — In secundo opusculo (quod incipit a verbis: الحمد لله منفخ الفهوم، وفاتح مغالق العلوم") explicatur prima illa historia quae in *Methnewí* occurrit (rex qui ancillam amat). Liber 78 paginis constat. In fine dicit Commentator, se huic tractatui (اين رساله) titulum dedisse: "كاشف الاسرار، ومطلع الانوار"; qui utrum solummodo huic secundo tractatui, qui praemissâ doxologiâ a primo distinctus est, an utrique sit tribuendus, difficile dictu est; postremam opinionem admisit librarius (v. primam paginam totius Codicis). Commentator praeterea in fine nomen suum profitetur: وانا اضعف العباد، فى طريق الارشاد" خادم الفقراء حسن ابن اوحد الملقب بالظريفى. Librarius, in primâ totius Codicis paginâ, eum vocat Dharífí Hasan. — Tertium denique opusculum similiter sultáno Solaimán dedicatum est. Tribus versibus, qui doxologiam continent, praemissis, incipit a verbis: اما بعد اين سطر چندست بعضى منثور وبعضى منظوم بقلم صدق نيت، وخلوص طويت" مرقوم در بيان معنى نى وحكايت وشكايت وى كه در مفتح مثنوى حضرت مولوى كه كاشف اسرار معنوى است وقوع يافته است. Ex quibus verbis iam vides, etiam in hoc octo paginarum libello de versibus illis agi, quibus poëta tibiam alloquitur.

Codex, charactere nestalík exaratus, anni notâ caret.

DCXLIII. (Cod. 1209)

گلشن توحيد auctore Schâhidí Maulewí. Continet liber

ber 600 disticha, ex *Methnewí* desumta, quorum singula quinis a Schâhidí compositis, distincta sunt. Cf. Hammerus ad Codicem 345 et imprimis Cl. Weijers in *Orient.* I, p. 319—321.

Codex, charactere nestalík exaratus, anni notâ caret. Alius est in Bibl. Caes. Vindob. (Hammeri 345).

Donum Io. Iac. Reiskii.

DCXLIV. (Cod. 715 Warn.)

Díwánum Djelálo-'d-díni Rumí hoc Codice contineri, traditur in inscriptione Turcicâ quae in libri fronte exstat. Sed collato Codice nostro 274, de quo supra dixi (n. DCXL), patuit mihi, non *totum* Djelálo-'d-díni Díwánum hoc Codice contineri, sed nonnulla tantum ex eo desumta carmina. Accedunt tamen alia carmina, quae in Codice 274 non exstant; quaedam denique leguntur quidem in Codice 274, sed singuli versûs saepissime differunt. Carmina in Codice de quo agimus, certo ordine disposita non sunt.

Est modicum volumen, charactere nestalík exaratum. Anni notâ caret.

In Oriente frequentem esse hunc Díwánum, sed in Europâ rarum, statuit Hammerus in Historiâ Poëseos Persicae (p. 172), ubi de duobus exemplaribus Bibliothecae Caes. Vindob. exposuit (apud Flügel 231 et 232); cf. etiam Cod. Acad. Orient. Vindob. 194.

DCXLV. (Cod. 896 Warn.)

Sadíi (+ 691) *Bostán.* Nitidus Codex, anno 957 egregie exaratus.

DCXLVI. (Cod. 1277 Schult.)

Alterum exemplar, anno 1046 charactere nestalík exaratum.

DCXLVII. (Cod. 1244 (2) Schult.)

Tertium exemplar, anno 1092 charactere talík exaratum.

DCXLVIII. (Cod. 1588 (1))

Quartum exemplar, anno 1143 charactere talík incomte exaratum.

Emtum e Bibl. Palm. (*Catal.* p. 189, n. 26).

DCXLIX. (Cod. 839 (1) Warn.)

Commentarius Turcicus in Sadíi *Bostán*, auctore Schemí (شمعی). — Possidemus praeterea exemplar Bostáni in Codice 1323, omnia Sadíi opera continente.

DCL. (Cod. 310 (1) Warn.)

اسرار نامه auctore Ferído-'d-dín Attár qui ineunte saeculo octavo occisus est.

Antiquus Codex, anno 786 perspicue exaratus.

DCLI. (Cod. 954 Warn.)

Alterum exemplar, charactere nestalík bene exaratum, sed anni notâ carens.

Alia exempl.: Paris. 255; East India House; Caes. Vind. (Hammeri 124 *b*) et Mus. Asiat. Petr. (Ardebil. apud Frähn p. 6). In Codice 1035 occurrunt duae paginae, inter primum et secundum quod eo continetur opus positae, in quibus excerpta ex اسرار نامه scripta sunt.

DCLII. (Cod. 310 (2) Warn.)

Eiusdem poëtae اشتر نامه. Liber ab eodem librario exaratus est atque اسرار نامه de quo supra dixi (n. DCL); sed in hoc libro describendo nimis festinasse videtur, quo factum est ut multa puncta diacritica omissa sint.

DCLIII. (Cod. 809 (3) Warn.)

Eiusdem poëtae پند نامه. Codex anno 927 charactere nestalík bene exaratus est.

DCLIV. (Cod. 764 Warn.)

Alterum exemplar, charactere nestalík exaratum.

DCLV. (Cod. 1287 Schult.)

Tertium exemplar, charactere talík exaratum. In subscriptione cum annus post fugam (1118) tum annus p. Chr. (1707) commemoratur.

DCLVI. (Cod. 721 Warn.)

Commentarius Turcicus in پند نامه, suadente Omar ibn-Hosain صاحب دولة scriptus a Schemí (شمعی). Codex anno 1055 exaratus est.

DCLVII. (Cod. 1563 Testa)

Alius Commentarius Turcicus, incipiens a verbis: مجامع محامد خلائق جمیع صفات ایله موصوف معبود بالحق وموجود مطلق اولان ☆

Codex anno 1230 bene exaratus est.

DCLVIII. (Cod. 1226 Schult.)

Pend-námeh cum Gallandi versione Latinâ.

DCLIX. (Cod. 809 (4) Warn.)

Eiusdem poëtae بلبل نامه. De Codice cf. supra n. DCLIII.

DCLX. (Cod. 1297 Schult.)

Idem opus cum Gallandi versione Latinâ.

Al. exempl.: Paris. 343 (2); Bodl. (Uri) 136 (2); East India House; cf. Sacy in *Notices et Extraits*, I, p. 598 et 601—603.

DCLXI. (Cod. 762 (1) Warn.)

Explicatio Arabica unius historiae quae occurrit in Attári منطق الطیر, auctore Abu-Abdolláh Mohammed, vulgo *De-*

mordásch (مَرداش; vocalis in praefatione addita est) dicto, al-Mohammedí al-Khalwatí al-Hanefí. Doxologia incipit a verbis: الحمد لله الذى تحلّى ذاته لذاته. Ipsa historia verbis Arabicis narratur; est haec: Wezírus regis cuiusdam habebat filium pulcherrimum, quem rex nimis amabat; wezíri autem filius puellam quandam amabat, quâcum rem habuit, quum rex regnique proceres in magnificentissimo epulo accumberent. Rex cinaedum non adesse animadvertit; ipse eum quaerit et invenit cum puellâ istâ. Zelotypiâ incensus, eum vinculis ligari et cruci affigi iubet; sed patris (wezíri) precibus et argumentis permoventur custodes ut iussum, ab ebrio rege datum, non exsequantur, iuvenis vitae parcant eiusque in locum maleficum quemdam cruci affigant. Mox regem mandati poenitet; gravissimo cruciatur dolore, et luctibus externatus quum esset, a suis regno privatur. Tandem wezírus ei iuvenem illum restituit. — Historiae enarratae sensus mysticus prolixe explicatur.

Codex recens est.

DCLXII. (Cod. 1065 Warn.)

Díwán poëtae Khosru Dehlewí (+ 715). Codex charactere talík exaratus est anno 868.

Al. exempl.: Paris. 245, 313; Bodl. (Ouseley) 157; Radcl. (Fraser p. 16); East India House; Caes. Vind. (Rzew.) 38, 39.

DCLXIII. (Cod. 1243 Schult.)

قران السعدين auctore Khosru Dehlewí. Codex, charactere talík exaratus, anni notâ caret. Aliud exemplar est in Bibl. Bodl. (Ouseley) 691.

DCLXIV. (Cod. 968 (1) Warn.)

زاد المسافرين auctore Hosainí Sádát (+ 719), ut in primo Codicis folio legitur; cf. Hádjí-Khalífa, III, p. 528; prima verba male scripta sunt in Hádjí-Khalífae editione Flügelianâ;

lege, ut cum in hoc Codice tum in eo de quo mox dicturus sum, scriptum est:

ای برتر ازان همه که گفتند

Praemissis praemittendis, liber in 8 *macálas* divisus est, quarum *prima* agit در تنزیه وتقدیس حقّ عز اسمه, *secunda* در بیان طریقت وکیفیت سلوک, *tertia* در بیان حیوان. *quarta* در بیان عشق ومراتب او, *quinta* در بیان صفت سالکان, *sexta* در بیان دین واوصاف او, *septima* در بیان نفس واوصاف او, *octava* در بیان حال سر ومرید وشرط صحبت.

Codex, 42 foliis quadruplicatis constans, bene exaratus est charactere talík, anno 885.

DCLXV. (Cod. 1242 (1) Schult.)

Alterum exemplar eiusdem operis, titulo et capitum inscriptionibus carens.

Codex negligenter exaratus est charactere talík, anno 1096.

Aliud exemplar est in Acad. Orient. Vind. 197.

DCLXVI. (Cod. 809 (2) Warn.)

گُلْشَنِ رَاز auctore Mahmud Schebisterí, qui anno 717 hoc poëma composuit.

Codex anno 927 charactere nestalík exaratus est.

DCLXVII. (Cod. 743 Warn.)

Amplus Commentarius in *Gulscheni ráz*, c. t. ‘مفاتیح الاعجاز فی شرح گلشن راز’, auctore Schamso-’d-dín Mohammed ibn-Jahjá al-Láhdjí al-Djílání; de quo Commentario, anno 879 composito, cf. Hammerus in praefatione ad suam huius carminis editionem.

Codex anni notâ caret. Aliud exemplar est in Bibl. Caes. Vindob. 242.

DCLXVIII. (Cod. 869 Warn.)

In fronte huius Codicis recentiori manu scriptum est: شرح گلشن راز الی هجی (sic). Qui haec scripsit, voluit fortasse: للاهجی; attamen non Láhdjíi Commentarius hic est; est alius minoris molis, qui incipit a verbis: شکر وسپاس وستایش بی حدّ وبی قیاس واجب الوجودی‌را که وحدت ذاتش بتجدید قوّت, et sultáno Mohammed dedicatus est.

Codex anno 998 charactere nestalík nitide exaratus est.

DCLXIX. (Cod. 1089 Warn.)

جام جم auctore Auhadí (+ 738); de quo opere cf. Hammerus ad Codicem quondam suum 125.

Codex, charactere talík exaratus, anni notâ caret. Alia exempl.: Bodl. (Uri) 136 (3), 156, (Ouseley) 66; East India House; Caes. Vind. (Hammeri) 125.

DCLXX. (Cod. 856 Warn.)

Díwán summi poëtae lyrici Háfidh (+ 792).

Nitidissimum, egregie ornatum et antiquum exemplar; exaratum est minuto charactere nestalík, anno 894.

DCLXXI. (Cod. 972 Warn.)

Aliud exemplar, anno 952 charactere nestalík nitide exaratum.

DCLXXII. (Cod. 1570)

Tertium exemplar, anno 967 charactere nestalík bene exaratum.

Emtum e Bibl. Woltersii, Groningae anno 1840.

DCLXXIII. (Cod. 284 Warn.)

Versûs selecti ex Háfidhi Díwáno, quibus praestantiores quaedam sententiae enuntiantur. Scripti sunt bono charactere nestalík in chartâ Europaeâ, iussu I. van Hill, et inters ingulos

magnum spatium relictum est, eo fortasse consilio ut Commentarius adderetur.

Alia exemplaria in quâvis Bibliothecâ reperiuntur.

DCLXXIV. (Cod. 1021 (9) Warn.)

Fragmentum quod complura poëmata mystica continet. Quum finem tantum habeamus, titulus et nomen poëtae desiderantur; sed quum ex multis carminum locis certum sit, poëtae nomen esse Kásim, quumque praeterea Codex saeculo decimo non recentior videatur, apparet, haec carmina a poëtâ Kásim, saeculo decimo non recentiori, esse composita; quam ob causam verisimillimum est, hoc Codice fragmentum contineri ex Díwáno magni poëtae mystici Kásim, vulgo Kásim el-enwár dicti (+ 835), de quo cf. Hammeri Hist. poës. Pers. p. 285.

Sunt 23 folia, charactere nestalík bene exarata. Duo ultimi versûs sunt:

غیر اورا من نمی بینم وجود پیش او زانست جانم در سجود

نور او بگرفت عالمرا تمام دیده بکشا تا به بینی والسلام

Anni nota addita non est. — Díwán Kásimi est in Bibl. Paris. 223, 353, et in Bibl. Caes. Vind. (Rzew.) 42.

DCLXXV. (Cod. 1092 Warn.)

Díwán poëtae Kátibí (کاتبی) (+ 839), cui finis deësse videtur. Alia exempl.: East India House; Caes. Vind. (apud Hammerum) 512; Caes. Petr. (Ardebil. apud Frähn p. 6).

DCLXXVI. (Cod. 156 Gol.)

Díwán poëtae Schábí (+ 857), de quo cf. Hammeri *Geschichte der schönen Redekünste Persiens*, p. 293—295.

Antiquum exemplar, charactere nestalík bene exaratum anno 902.

DCLXXVII. (Cod. 724 Warn.)

Commentarius Turcicus (etiam ab Hádjí-Khalífâ commemo-

ratus) in Schâhíi Díwánum, auctore Schemí (شمعی). Codex negligenter exaratus est.

Alia exempl. huius Díwáni quorum nonnullis Commentarius additus est: Paris. 305 (2); Bodl. (Uri) 160 (Pers.); Radcl. (Sale 3, K. 1—3) (cum Comm.); East India House; Caes. Vindob. (apud Hammerum) 513, (Rzew.) 40 et 41 (excerpta), (Hammeri) 138; Dresd. 43.

DCLXXVIII. (Cod. 1446 Testa)

Díwán poëtae Djámí (+ 898), de quo cf. scriptio Nobil. de Rosenzweig. Codex a Turcâ charactere talík in urbe Belgrado exaratus est anno 988. Alia exempl.: Paris. 225, 226; Bodl. (Ouseley) 148—150; East India House; Caes. Vind. (apud Hammer) 190, (Rzew.) 7, 36, (Hammeri) 139; Acad. Orient. Vind. 205 (3 exempl.), 206; Caes. Petr. (Bajes. p. 4., 2 exempl.).

DCLXXIX. (Cod. 738 Warn.)

Djámíi تحفة الاحرار (quod opus a Cl. Forbes Falconer editum est), Commentario Turcico Schemíi (شمعی) illustratum. Idem Commentarius exstare videtur in Cod. Bodl. (Uri p. 299) 158 (1), qui certe ut noster incipit a verbis: لله الحمد قبل كل كلام ☆

Codex, charactere nestalík bene scriptus, anni notâ caret.

DCLXXX. (Cod. 1256 (2) Schult.)

Djámíi *Jusof et Zulaikhá*. Codex incomte in Indiâ exaratus charactere talík. — Sequitur fragmentum 4 paginarum, quo docetur modus capiendi ominis quum scire vis an gravida filiam an filium paritura sit.

DCLXXXI. (Cod. 1095 Warn.)

ایسال وسلامان auctore Djámí. Codex charactere talík optime exaratus est anno 909.

Alia exempl.: Bodl. (Ouseley); East India House; Dorpat. (cf. *Dorpat. Jahrb.* III, p. 251); Escur. 1095. Versio Turcica Lámiíi est in Bibl. Caes. Vind. 391 et 392 apud Flügel.

DCLXXXII. (Cod. 1329 (2))

لَيْلَى مَجْنُون auctore Mollá Mektebí (مکتبی), qui anno 895 hoc carmen scripsisse videtur; nam in fine reperitur versus:

چون مکتبی این کتاب بکشود تاریخ کتاب مکتبی بود

ubi کتاب مکتبی, quarum literarum valor est 895, annum compositionis operis indicare videntur.

In longâ praefatione cum Prophetae et Sultáni tum Nidhámíi laudes praedicantur, et opus 2160 versibus constat, ut ipse auctor testatur in versu qui in fine legitur:

ابیات که در حساب پیوست آید دو هزار ویکصد وشصت

Codex anno 1048 charactere talík exaratus est.

Oriundus e Bibl. Societatis Indiae Orientalis.

DCLXXXIII. (Cod. 1157 Warn.)

لیلی ومجنون. Hátifíi (qui ineunte saeculo decimo obiit) poëma quod a Guil. Jones editum est.

Codex charactere nestalík exaratus est anno 1084. Adiectae sunt Warneri exercitationes.

DCLXXXIV. (Cod. 1307)

Idem opus; brevis notitia de auctore praemissa est. Codex charactere talík nitide exaratus est, anno 1222.

Emtus e Bibl. Guil. Ouseley.

Alia exempl.: Paris. 357 (2), 366, 372; Bodl. (Ouseley) 261, 262; East India House; Caes. Vindob. (Rzew.) 27 et (Flügel) 225, 226; Tubing. 1856 (Cat. p. 16); Barb. (ap. Hammer, *Lett.* V, p. 1).

DCLXXXV. (Cod. 1447 Testa)

Hátifii *Timur-námeh.* Codex charactere nestalík bene exaratus est anno 984. Alia exempl.: Inst. Reg. Neerl. 144; Paris. 232, 233, 234, 357 (4); Bodl. (Uri) 116, 123, 146 (Ouseley) 263; Radcl. (Fraser p. 17); East India House; Caes. Petr. (Ardebil. ap. Frähn, p. 6, 4 exempl.); Barber. (apud Hammer *Lett.* V, p. 1).

DCLXXXVI. (Cod. 1079 Warn.)

Hiláli (+ 936) شاه وگدا, de quo poëmate cf. Hammeri *Gesch. der sch. Redek.* p. 369—372.

Parvus Codex bene exaratus est charactere talík. Anni nota addita non est.

DCLXXXVII. (Cod. 837 (2) Warn.)

Alterum exemplar eiusdem operis, itidem anni notâ carens.

Alia exempl.: Paris. 371; Bodl. (Ouseley) 526; East India House; Caes. Petr. (Ardeb. apud Frähn p. 7).

DCLXXXVIII. (Cod. 1063 Warn.)

Díwán poëtae Bábá Figání, qui decimo Hidjrae saeculo floruit (cf. Hammerus in Hist. Poës. Pers. p. 391), secundum ordinem syllabarum finalium dispositus.

Codex charactere talík exaratus est anno 1094. Alius est in Bibl. Caes. Petr. (Ardebil. apud Frähn p. 7).

DCLXXXIX. (Cod. 1329 (1))

Titulus est: مرکز ادوار قدوة المتکلمین شیخ فیضی علیه الرحمة کە در جواب مخزن اسرار شیخ نظامی; ex quibus verbis argumentum huius carminis, a Faidhío compositi, satis apparet. Plane ut Nidhámíi مخزن الاسرار, in مناجات, خلوة caet. divisum est.

Primae paginae vermibus laesae sunt, et praecedunt in Co-

dice sex folia, ab eodem librario exarata, quae *finem* operis cuiusdam continent, sed a vermibus adeo laesa sunt ut quo de argumento agant indicare non possim; apparent nonnulli versûs et librorum tituli, veluti لیلی ومجنون, خسرو شیرین, سکندر نامه, اکبر نامه.

Faidhíi opus characterе talík exaratum est anno 1048 in urbe Haiderábád. Continet folia 86 octuplicata. Aliud exemplar mihi non innotuit.

Oriundus e Bibl. Societatis Indiae Orientalis.

DCXC. (Cod. 1045 Warn.)

کوی چوکانی auctore Arifí.

Codex elegantissime characterе talík exaratus et tabulis minoribus ornatus est. Alius est in Bibl. Caes. Vind. 211 ap. Hammer.

DCXCI. (Cod. 1391)

Díwán poëtae Kodsí, quem nec in Hádjí-Khalífae opere nec in Hammeri Hist. poës. Pers. commemoratum vidi. Floruit, ut ex longâ praefatione, oratione solutâ conscriptâ, apparet, regnante Abu-'n-naçr-khán, filio Minutschehr-khán.

Codex, characterе talík exaratus, anni notâ caret. Duo alii sunt in Bibl. Bodl. (Ouseley) 254, 524.

Donum Cl. Changuion, Professoris in Promontorio Bonae Spei.

DCXCII. (Cod. 1256 (3) Schult.)

In primo totius Codicis folio hic liber vocatur دیوان حادق, et quamquam poëta Hádhik nec in opere Hádjí-Khalífae nec in Hammeri Historiâ poëseos Persicae commemoratus sit, bene tamen se habet hic titulus, ut ex singulorum poëmatum ultimo versu, in quo poëta se ipsum nominat, luculenter patet. Finis operis desideratur.

Codex in Indiâ characterе talík exaratus est.

DCXCIII. (Cod. 1240 (2) Schult.)

Poëma 16 paginarum, quod incipit a versu:

چنین قصه سلطان محمود شاه که او بود در غزنوی پادشاه

Hae pp. charactere talík exaratae sunt. Eodem Codice continetur

DCXCIV. (Cod. 1240 (4) Schult.)

Poëma, quod *Pendnámeh* vocatur et incipit a versu:

کریما ببخشای بر حال ما که هستیم اسیری کمند هوا

Et praeterea

DCXCV. (Cod. 1240 (5) Schult.)

Multa poëmata, e diversorum scriptis collecta et fragmenta prosaïca.

DCXCVI. (Cod. 968 (3) Warn.)

Carmen Persicum, quod de variis rebus ex sententiâ Çufiorum agit, veluti de verâ significatione vocis شهادت, de precatione, de زکوة, روزه, scientiâ, توحید وصدق, معرفت, animo, corde, caet. Ex ultimo versu:

طول عرضی خواستم این نامه‌را مصلحت نامه شکستم خامه‌را

fortasse efficiendum est, titulum esse مصلحت نامه; quod si verum est, liber Hádjí-Khalífae incognitus fuit.

Praecedunt 11 paginae, quae itidem de rebus theologicis agunt et ab eodem librario exaratae sunt; quae utrum praefationem carminis contineant, an fragmentum sint alius operis, diiudicare non ausim; attamen posterior opinio mihi verosimilior videtur. Custos paginae 11ae respondet quidem primae voci paginae 12ae, sed eraso vocabulo quod antea scriptum erat, recentiori manu additus est hic custos paginae. Initium fragmenti, oratione solutâ conscripti, est: بباید دانست که الف که اول حروف تهجی است. Carmen 17 constat foliis, bene exaratis charactere talík, anno 853.

DCXCVII. (Cod. 1256 (1) Schult.)

Fragmentum octo foliorum, in Indiâ charactere talík exaratorum, cui titulus tribuitur مخزن اسرار. Non est Nidhámii opus, hoc titulo insignitum. Incipit a verbis:

حمد هادی بیشمار از دل بگویم در نخست ☆

DCXCVIII. (Cod. 1622 (1))

Hic decem paginarum libellus titulo destitutus est. Est *terdji* Çuficum, nescio a quonam poëtâ compositum, quod incipit a versu:

با مقیمان کوی دلداریم رخ بدنیا ودین نمی آریم

Et versus, singularum stropharum ultimus, est:

که بچشمان دلمبین جزووست

هرچه بینی بدانکه مظهر اوست

In Codice nostro sunt 18 strophae, sed finis desideratur, nam in ultimo folio est custos paginae, qui dicitur. Codex charactere talík exaratus est.

Emtus e Bibl. Nedermeijer Bosch, m. Sept. a. 1848 (Catal. n. 7).

DCXCIX. (Cod. 1242 (2) Schult.)

پوتهی پدمالت. Fabula Milesia, quae incipit a versu:

ان خدای که ذات اوست قدیم واحد ولم یزل عزیز وحکیم

et ex Indico in Persicum sermonem versa est a schaikh Jacub. Praemissis praemittendis, incipit ipsa fabula ab his versibus:

بود شاهی نهد عالی قدر بر زمین کوه بر فلک چون بدر

سرور سروران هند نژاد کمترین خدم هُشنگ وقباد

Codex in Indiâ exaratus est charactere talík, anno 1096. Sunt 53 folia.

c. LIBRI TURCICI.

DCC. (Cod. 730 Warn.)

شهنشاه نامه. Poëma Turcicum, regnante Morádo I scriptum, cuius initium est:

بنام خدای جهان آفرین بر آرنده آسمان وسمین

finis:

فلک تا که طی اتمه‌یه دفترن شاهنشاه طوتسون یدی کشورن
وقایع نویسی اولب ملهمی شهنشاهنامه اولنه ملهمی

Codex anno 1049 exaratus est.

DCCI. (Cod. 1503 Testa)

Opus Çufícum, oratione ligatâ scriptum, c. t. دریای محیط (vide p. 4), auctore Abu-'l-Fadhl Nasímí (+ 820), de quo cf. Hammeri Hist. poës. Turc. I, p. 124 sqq. Anni nota bibliopegae imprudentiâ periit, sed Codex satis antiquus videtur.

DCCII. (Cod. 1017 Warn.)

دیوان شیخی. Est Díwánus poëtae Schaikhí Kermijání, qui inter poëtas Morádi II fuit; carmina, in huius sultáni laudem composita, in hoc Codice occurrunt. Complectitur praeterea hic Díwán nonnullas بهاریات, carmina in laudem Prophetae, in laudem Jacub-Beg, مرثیه, فی مدح پسر کرمیان, توحید باری تعالی, در حقّ ابن کرمیان, multasque *gazelas*.

In fine Codicis, qui anni notâ caret, accedit carmen 18 paginarum cui idem titulus tribuitur atque celebratissimo carmini quod a Mahmud Schebisterí compositum est, nempe گلشن راز. Incipit a verbis: نه بیدوک سن ازلده.

DCCIII. (Cod. 1558 Testa)

جامسپ نامه auctore Sadí, qui hoc poëma anno 833 absolvit. Codex charactere díwání exaratus est. Alia exempl.: Bodl. (Ouseley) 605; Dresd. 150; Vatic. 52; Barb. (apud Hammer *Lett.* V, p. 1).

DCCIV. (Cod. 982 Warn.)

خسرو وشیرین auctore Schaikhí, qui medio saeculo nono obiit; cf. Krafft Catal. p. 70.

Codex charactere nestalík exaratus est. Alia exempl.: Dresd. 49; Caes. Vind. 314 et 315 (apud Flügel); Acad. Orient. Vind. 211; Ambros. 175.

DCCV. (Cod. 1286 (3) Schult.)

Díwán poëtae Dharífí (ظریفی) ex Tschorlí, qui saeculo nono floruit.

DCCVI. (Cod. 1264 Schult.)

1. رساله پیر ازنجانی. Opusculum versibus conscriptum et ab auctore anno 873 editum. Duabus constat partibus: کتاب مقدمات (in quo septem sunt مقام) et تمثیلات اطوار القلوب (تمثیلات 7). 38 pp.

2. Carmina quaedam ab Aschraf-Oglí Rumí et aliis composita.

Codex bene scriptus est. Anni notâ caret.

DCCVII. (Cod. 566 Warn.)

Wámik et Adhrá, auctore Lámií (+ 938).

Codex charactere nestalík bene exaratus est, anno 938, eo ipso quo poëta mortuus est.

Alia exempl.: Caes. Vindob. 387 ap. Flügel; Acad. Orient. Vind. 215.

DCCVIII. (Cod. 1285 Schult.)

Bákíi (+ 1008) Díwán; opus ex Hammeri versione Germanicâ notissimum.

Codex anno 1078 exaratus est.

DCCIX. (Cod. 837 (1) Warn.)

Aliud exemplar eiusdem operis, anni notâ carens.

Alia exempl.: Paris. 285; in Bibl. Caes. Vind. tria sunt exempl. (cf. Hammerus in *Gesch. der Osman. Dichtk.* II, p. 360); Acad. Orient. Vind. 218; cf. Lips. 320; Laur. 85 (?); Palat. 524; Barber. ap. Hammer *Lett.* V, p. 2.

DCCX. (Cod. 1286 (2) Schult.)

مهر وماه. Videtur opus Aalíi (عالی) (+ 1008), de quo poëtâ cf. Hammeri Hist. poës. Turc. III, p. 115. Incipit a versu:

بحمد الله که بسم الله فتّاح ایدویدر قفل باب فتحه مفتاح

Codex anni notâ caret.

DCCXI. (Cod. 1280 Schult.)

Díwán poëtae Háletí (+ 1040) (cf. Hammeri Hist. poës. Turc. III, p. 214 sqq.), cuius nomen sic in nostro Codice scriptum est: الفاضل مصطفی افندی ابن عزمی افندی الشهیر بحالتی۞

Codex charactere talík exaratus est. Anni notâ caret. Alius mihi non innotuit.

DCCXII. (Cod. 662 Warn.)

سهام قضاء نفی. Satyrae politicae poëtae Nefii (+ 1045), de quibus cf. Hammerus in *Gesch. der Osman. Dichtkunst*, III, p. 241 sqq.

Codex, vocalibus instructus, anno 1053 bene exaratus est.

DCCXIII. (Cod. 870 Warn.)

Idem opus. Primum et ultimum carmen in hoc Codice, qui anni notâ caret, desiderantur.

Aliud exemplar est in Bibl. Caes. Vind. 434 apud Flügel.

DCCXIV. (Cod. 879 Warn.)

Díwán Jahjái (+ 1055); cf. Hammeri Hist. poës. Turc. III, p. 378 sqq.

Codex anno 1032 charactere nestalík exaratus est.

Alia exempl.: Lips. 322; Caes. Vind. 403 (apud Flügel).

DCCXV. (Cod. 1279 Schult.)

1. مسکین‌لک کتابی auctore Ruschení, qui regnante Mohammede IV florebat.

2. Carmen quod incipit a versu:

ابتدا میکنم بنام خدا کوست معبود خالق یکتا

Tum:

بعد حمد ثناء بی حد عد بشنو از زوشنی بی من وما

خوب مطبوع دلکش مرغوب سلسله نامه میکند انشا

Tum sequitur series traditionariorum. Est igitur opus a Ruschení compositum, quo tradit religionis doctrinam quam ab Alío repetebat; operis titulus videtur سلسله نامه. Ex fine praefationis apparet, hanc editionem post mortem demum auctoris in lucem esse emissam.

DCCXVI. (Cod. 1454 Testa)

Díwán poëtae Náilí (+ 1077); cf. Hammerus in Hist. poës. Turc. III, p. 467 sqq. Codex anno 1106 exaratus videtur.

DCCXVII. (Cod. 1452 (1) Testa)

لطفیٔ وهبی المرعشی, de quo opere, quod CPoli editum est, fuse egit Hammerus in Hist. poës. Turc. IV, p. 562. Codex anno 1225 exaratus est. Continetur eodem

DCCXVIII. (Cod. 1452 (2) Testa)

Eiusdem Wehbíi (qui anno 1806 adhuc in vivis erat) شوق انگیز, incipiens a versu:

نقل ایدر بر سخن ارای جهان پیر شوریده دل وتازه بیان

Hic liber ab eodem librario exaratus est atque praecedens.

DCCXIX. (Cod. 1263 Schult.)

كتاب مقتل حسين. Poëma Turcicum quo caedes Hosaini narratur incipiens a versu:

اوّل الله ادنی ذكر ایده لوم قدرتندن صنعتی فكر ایده‌لوم

Codex anni notâ caret. Idem opus est in Bibl. Paris. 260.

DCCXX. (Cod. 1096 Warn.)

Parvus hic Codex 15 paginarum (quae enim supersunt paginae vacuae relictae sunt), primum sex carmina mystica, deinde carmen panegyricum in principem continet.

COSMOGRAPHIA.

a. LIBRI ARABICI.

DCCXXI. (Cod. 1403)

Locus de Aegypto, descriptus ex Codice Gothano Libri Climatum, auctore al-Iṣṭakhrí (p. 25 sqq. edit. Doct. Moelleri); addita est versio Persica huius loci e Cod. Gothano 621.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 110, n. 9).

DCCXXII. (Cod. 314 Warn.)

Ibn-Haucali opus geographicum, anno 366 vel proxime sequenti editum; de quo fuse exposuit Uylenbroekius in Dissertatione, anno 1822 editâ.

DCCXXIII. (Cod. 421 Warn.)

مُعْجَم مَا ٱسْتَعْجَم. Lexicon nominum locorum, fluviorum caet., qui memorantur in antiquis Arabum historiis, in traditionibus quae ad Prophetam spectant, et imprimis in carminibus, auctore Abu-Obaid al-Becrí (+ 487); de cuius scriptoris vitâ et operibus fuse exposui in libro c. t. *Recherches sur l'histoire politique et littéraire de l'Espagne pendant le moyen âge* (I, p. 282—307), ubi etiam hunc Codicem, duobus voluminibus constantem et anno 709 exaratum, descripsi.

DCCXXIV. (Cod. 295 Warn.)

كِتَابُ مَرَاصِدِ ٱلْاِطِّلَاعِ. Lexicon geographicum, compendium

magni operis Jácuti (+ 626); cuius operis, »quo nemo ca»rere potest, qui in historicis Arabum libris legendis cum »fructu versari cupiat" (sunt verba Hamakeri, *Spec. Catal.* p. 67), editionem inchoavit et diligentissime persequitur Cl. Juynboll, qui in praefatione cum de hoc tum de reliquis Codicibus exponet.

DCCXXV. (Cod. 334 (1) Warn.)

Jácuti *al-Moschtarik*, quem librum Cl. Wüstenfeld, nostro etiam Codice, anno 713 exarato, usus, edidit.

DCCXXVI. (Cod. 10 Gol., 512 Warn., 1324)

Al-Kazwínii (+ 682) Cosmographia c. t. عجائب المخلوقات. Duabus constat partibus, quarum altera peculiarem habet titulum آثار البلاد.

Codex 10 continet primam partem, *κατ' ἐξοχήν* عجائب المخلوقات dictam. Ineleganter exaratus est et anni notâ caret. — Codex 1324 continet versionem Persicam primae partis. Exaratus est charactere nestalík anno 1074. — De Codice 512, qui آثار البلاد continet, cf. quae monuit Cl. Wüstenfeld p. VI sq. editionis suae, qui etiam de aliis Codicibus exposuit.

Codex 1324 oriundus est ex Bibl. Societatis Indiae Orientalis.

DCCXXVII. (Cod. 57 Gol.)

Abu-'l-fedái (+ 732) Geographia. Hic Codex, quo ad suam editionem usi sunt Cl. Reinaud et Nobil. de Slane, in ipsius auctoris usum exaratus est et eiusdem correctionibus et additamentis locupletatus; v. editorum praefationem p. XLI.

DCCXXVIII. (Cod. 40 Gol.)

اجزاء متفرقه از تقويم البلدان للجمى بيك بن قاضى معروف. Versio Turcica quorundam locorum Geographiae Abu-'l-fedái. Liber nullius pretii.

DCCXXIX. (Cod. 602 Warn.)

أَوْضَحُ ٱلْمَسَالِكِ، إِلَى مَعْرِفَةِ ٱلْبُلْدَانِ وَٱلْمَمَالِكِ auctore Mohammed ibn-Alí, vulgo Sipáhí-zádeh (+ 997) dicto. Est Abu-'l-fedái Geographia, Turcice versa et alphabetice ordinata (cf. Hádjí-Khalífah II, p. 395).

Codex bene exaratus est anno 994.

DCCXXX. (Cod. 1406)

Scriptio Hamakeri, quâ primum de opere, a Sipáhí-zádeh composito, exponitur, tum loci de Iráko Persico, qui in illo obvii sunt, Latine interpretantur. Ex Praefatione Dissertationis Uylenbroekii discimus, Hamakero propositum fuisse ut illi operi Appendicem, a se conscriptam, adiungeret, quâ loci de Iráko Persico, qui apud scriptores Persas et Turcas occurrunt, continerentur. Hic igitur 13 paginarum libellus ad hoc argumentum pertinet.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 112, n. 3).

DCCXXXI. (Cod. 1407)

Versio Latina, ab Hamakero facta, loci Persici de Iráko Persico. Duobus Codicibus usus est V. Cl., sed libri titulum non indicavit. Initium est: » Caput secundum de descriptione Iracae Persicae. Dividitur illa regio in novem praefecturas majores et urbium iurisdictiones minores ad quadraginta. Aëre plerumque utitur temperato." 47 pp. quadruplicatae.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 112, n. 4).

DCCXXXII. (Cod. 158 Gol.)

خَرِيدَةُ ٱلْعَجَائِبِ. Notissimum Ibno-'l-Wardíi (+ 750) opus, quod in quâvis fere Bibliothecâ asservatur. Codex multis vocalibus instructus et bene exaratus est anno 984.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-32077/fragment/page=00000141

DCCXXXIII. (Cod. 818 Warn.)

نَشْقُ الأَزْهَارِ فِي عَجَائِبِ الأَقْطَارِ. Ibn-Ijási Geographia; notus liber. Codex anno 996 exaratus est.

DCCXXXIV. (Cod. 741 Warn.)

Alterum exemplar, anno 999 exaratum.

Alia exempl.: Paris. 595 et (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 90, p. 15) 94; Bodl. (Uri) 914; Goth. 302, 303, cf. 418; Casan. (cf. *Dorpat. Jahrb.*, III, p. 252).

DCCXXXV. (Cod. 464 Warn.)

نُخْبَةُ الدَّهْرِ فِي عَجَائِبِ البَرِّ والبَحْرِ auctore Schamso-'d-dín Abu-Abdolláh Mohammed ibn-abí-Tálib al-Ançárí aç-Cufí ad-Dimischkí.

Liber in novem capita divisus est, quorum *primum* agit في الكلام على كرة الارض وما قالته القدماء في هيئتها; divisum est in decem sectiones quarum tituli sunt: ١ في ذكر ماهيتها وطباعها والاستدلال على كرية مشكلها واستدارتها ٢ في ذكر مساحتها طولا وعرضا وكيف التوصل الى العمل به وباخذ المقادير ٣ في ذكر خط الاستواء وما وراءه من جهة الجنوب والشمال ٤ في الطول والعرض واختلاف القدماء في مساحته ومعموره ٥ في ذكر الاقاليم السبعة وذكر ما فيها من الملوك والممالك والجبال والانهار وحدودها ٦ في ذكر راى الحكماء في قسمة الاقاليم والامم والممالك ٧ في ذكر اختلاف المطالع وذكر اختلاف العروض وكيفية زيادة النهار الاطول شيئا فشيئا حتى تكون السنة يوم وليلة كلها ٨ في ذكر الازمنة والامزجة وذكر المعتدل المناسب منها للواحد من المتولدات الثلاثة الحيوانية والنباتية والمعدنية ٩ في ذكر المباني العظيمة المقدمة والاثار العجيبة بالهياكل والبرابى

المبثوثة فى المعمور .١ فى وصف هياكل الصابية وبيوت نار المجوس وذكر نبذ من محلاتهم ☆

Caput *secundum*, quod in novem sectiones divisum est, agit de regno minerali; *tertium* (5 sectiones) de fluminibus, fontibus, puteis; *quartum*, *quintum* et *sextum* de maribus et insulis; *septimum* de variis Asiae regionibus; *octavum* de Africâ et Hispaniâ; *nonum* de hominum generibus (*races*). Huius ultimi capitis sectio prima agit فى وصف بنى سام وهم العرب والفرس والروم من غير خلاف فيهم; secunda de Japheti posteris, Turcis, Sclavis, Gog et Magog; tertia de Chami posteris, Coptis, Nigritis, Berberibus, على خلاف فيهم; quarta de eorum moribus, nominibusque quibus menses diesque appellant; quinta de festis Persarum et Magorum; sexta de festis Christianorum, cum Coptorum tum reliquorum, et de origine religionis Christianae; septima de iis quae singulis regionibus propria sunt; octava de iis quae hominibus propria sunt.

Codex, anno 970 incomte et raptim (على سبيل الاستعجال, ut dicitur in subscriptione) exaratus, textum offert quam maxime corruptum. Alii sunt in Bibl. Havn. et in Mus. Asiat. Petr.; postremus, ut ex capite 10 libri primi, a me in usum Doct. Chwolsohn collato, mihi patuit, in plerisque cum nostro conspirat et aeque mendosum textum offert.

DCCXXXVI. (Cod. 320 (1) Warn.)

Itinerarium Ibn-Djobairi, qui anno 578 Hispaniam reliquit. Aliis negotiis impeditus, editionem huius operis, quam promiseram, dare non potero; nec fuse hîc de opere acturus sum, cum quia eius indoles innotuit ex longo capite de Siciliâ, a Doct. Amario edito, tum quia excerpta editionis desiderium non multum sublevarent. Sperans igitur fore ut brevi hic liber, luce dignissimus, editorem inveniat, huius in com-

modum ea quae de Ibn-Djobairo collegeram, in Bibliothecâ deposui, n°. 320 *a* signata. Sunt duae longiores vitae, quarum unam descripsi ex Ibno-'l-Khatíbi Codice, mendoso quidem sed unico, quem possidet Cl. de Gayangos; alteram descripsi ex al-Makkarii Codice Gothano; tertiam denique eamque brevissimam, ex nostro Codice operis al-Makrízii c. t. *al-Mokaffá* (Cod. 1366, vol. 1). Accedit apographum decem priorum paginarum, a me ex nostro Codice factum et a Cl. de Gayangos cum Codice Escurialensi 486 (2), solo qui praeter nostrum innotuit, collatum; ex quâ collatione apparet, Codicem illum Escurialensem exile tantum compendium operis continere et futuro editori perparvae fore utilitatis. Noster Codex anno 875 in urbe Meccâ exaratus est.

DCCXXXVII. (Cod. 11 (2) Gol.)

Itinerarium al-Abderii, qui anno 688 Héham reliquit Meccam profecturus.

Ante hos septem annos promiseram, me fuse de hoc libro expositurum (cf. *Journ. asiat.*, IVe série, III, p. 394); mox vero B. Vincent, vir doctissimus, certiores nos fecit (in *Journ. asiat.*, V, p. 405), se excerpsisse Codicem Escurialensem 1733, quo idem continetur liber, addebatque haec: »Je dois »déclarer ici que je réserve une place à cette analyse et à »ces fragments dans un travail que je prépare sur les collec»tions orientales de l'Escurial." Quae quum legissem, statim propositum meum abieci; nolebam enim, idem a duobus viris praestari, quum tot alia in literis Orientalibus praestanda sint. Hanc ob causam doctissimum Vincent certiorem feci, me de al-Abderii Itinerario non expositurum esse, meâque operâ factum est ut Codex noster ei Parisios mitteretur. Nostro igitur Codice, male habito et charactere Africano incomte scripto, sed satis antiquo, usus est ille, et scriptionem quam promisit avide exspectamus.

Praeter Escurialensem illum, quem ex loco a Vincent edito, nostro longe meliorem esse comperi, exstat Codex in Bibl. Cid-Hammouda (p. 15).

DCCXXXVIII. (Cod. 1602)

Itinera Macarii, Patriarchae Antiocheni, ab eius comite, archidiacono Paulo, scripta. Codex negligenter exaratus est.

Emtus anno 1843 a de Gayangos et Sprenger, qui illum brevi ante Londini, unâ cum aliis Codd., ex auctione Consulis Salamé comparaverant. Putabant hi VV. DD., ex *hoc* exemplari Belfourium interpretationem suam Anglicam edidisse; sed *aliud* hoc esse exemplar, mihi, Londini versanti, affirmavit Rever. Cureton.

DCCXXXIX. (Cod. 334 (2) Warn.)

كتاب الجبال والامكنة والمياه auctore az-Zamakhscharí (+ 538).

» Est parvae molis libellus, brevissimas continens locorum descriptiones ordine alphabetico, interiectis hic illic poëtarum versibus. Incipit sine ullâ praefatione, statim post *Bismillah*, ita ut nusquam auctoris indicium appareat. Forte nonnisi majoris operis compendium est.“ Hamaker *Spec. Catal.* p. 113 sq.

DCCXL. (Cod. 1156 Warn.)

Parvus hic Codex, octo tantum paginis quadruplicatis constans, hanc offert inscriptionem: نقلتُ هذه الانساب والاقاليم والبلاد من تاريخ قاضى القضاة المشهور بالعينى. Habemus igitur hîc excerpta ex parte geographicâ Historiae al-Ainíi (+ 855); sed non apparet ex quânam illius historiae redactione desumta sint. Etenim *tres* historias composuit al-Ainí; *magnam* c. t. “عقد الجمان، فى تاريخ اهل الزمان, quae 20 voluminibus constabat; *mediocrem*, 10 voluminibus constantem, c. t. تاريخ “البدر، فى اوصاف اهل العصر, et *parvam*, tribus voluminibus constantem; sed tria haec opera fusius breviusve idem tractabant argumentum. Eorum initio (teste Hádjí-Khalífâ) egit au-

ctor de geographiâ, duce Abu-'l-fedái *Takwímo 'l-boldán.*

Excerptum de quo agimus incipit a verbis: القسم التاسع في حد اذربيجان. Breviter agitur de oppidis illius regionis. Sequitur sectio decima de Arrán; tum 11a de Mesopotamiâ; 12a de Iráko; 13a de al-Djebel; 14a de ad-Dailem et al-Djíl; 15a de Tabarestán, Mázenderán et Kumis; 16a de Khorásán; 17a de al-Gur et Zábulistán; 18a de Tokhárestán; 19a de Khowárezm; 20a de Má-warâ-an-nahr; 21a de Kermán; 22a, 23a, 24a, 25a et 26a omissae sunt, »quia his quinque sectionibus nos facile carere posse arbitror," ait epitomator in notâ marginali; 27a de Persiâ, et denique 28a de Khuzistán.

Hae octo paginae, quae caeteroquin parvi sunt pretii, inservire possunt ad refutandam Hammeri opinionem, Codice Caes. Vindobonensi (antea Hammeriano 172) Historiam al-Ainíi contineri contendentis (v. Hammeri Catal. et eundem in *Journ. asiat.*, IIIe série, t. XIV, p. 448—450). Docte et acute hanc opinionem iam refellit Defrémery (*Journ. asiat.*, IVe série, t. VIII, p. 551—553), cui oblocutus quidem est Hammerus (ibid. t. X, p. 325—330), eo quo solet modo, sed talibus argumentis usus est ut Doct. Defrémery, Hammero non respondens, rectissime egisse mihi certe videatur. Sed neglexit hic argumentum, quod cum Hádjí-Khalífah tum hae octo paginae praebent: nullum scilicet caput de geographiâ in Codice Caes. Vindobonensi exstare, qui minime a creatione mundi et descriptione terrae incipit, a quibus incipit al-Ainíi historia, sed ab historiâ Abrahami.

DCCXLI. (Cod. 755 (3) Warn.)

Libellus sex paginarum de Româ. Incipit a verbis: هذا ما ورد الينا عمّا سمعوه السادة العلماء الفضلاء اهل الفطنة والمعرفة واصحاب التواريخ القديمة مما وجدوه من اخبار رومية الكبرى

المعظمة فى سائر المدن بين الملوك والاكابر وهذا ما ورد الينا من وصفها وما فيها من سائر التحف فى البنيان من الاسواق والكنائس المعظمة وما فيها من كثرة الاجتهاد فى الطاعة والعبادة والعجائب فى الذهب والفضة والنحاس الاصفر والاصنام المرصودة والنهور الممدودة والبلاط المرخم الخ. In multis convenit liber cum descriptione Romae, quae in Ibno-'l-Wardii opere geographico invenitur.

Codex anno 1021 exaratus est.

DCCXLII. (Cod. 994 *b* Warn.)

Unam hanc *korrásam* (20 pp.) Codici 994 insertam inveni, inter secundum (ارجوزة ابن سينا فى الطب, de quo v. infra inter libros de arte medicâ) et tertium (supra n. DXXV) quod illo continetur opus collocatam et imâ eius parte sursum versâ. Hunc locum ei assignavit Codicis possessor, qui fragmenti argumentum indicavit his verbis, in totius Codicis paginâ primâ scriptis: فضائل دمشق الشام. Nec fortuito illi Codici inserta est haec *korrásah*, sed consulto id factum est a viro illo Syro, qui Adhraáti habitabat, quique locum, in quo Damascus describeretur et celebraretur, collectioni a se factae apte inseri posse putavit. Attamen in Codice, a me ut fas erat ordinato, huic scriptioni locus dari non poterat, quam igitur seorsum tegumento instrui curavi.

Fragmentum geographici est argumenti; sed liber ad quem pertinet alia etiam argumenta tractare videtur. Nam inveniebantur in eo caput de proverbiis et caput de historiâ Abrahami, ut patet ex primâ fragmenti paginâ ubi haec: وفى المثل من دخل ظفار حمّر اى تكلّم بلغة حمير وسنذكره فى الامثال ان شاء الله تعالى ونذكر ايضا عدن ونذكر ايضا مكة فى قصة الخليل عم; promittit praeterea scriptor, se dicturum de Prophetae fugâ (p. 2), de Tobbais, Jemanae regibus (ibid.), de Prophetae vitâ (سيرة النبى ibid.), et de historiâ Prophetae Hud, ad

Aditas missi (p. 8). Ex quibus efficeres fere, librum esse encyclopaediam.

Initium *korrásae* (quae quota totius libri sit annotatum est, sed nota illa a bibliopegâ Orientali adeo abscissa est ut non amplius legi possit) est hoc: فصل ومنها الانبار وهى مدينة قديمة ذكرها الجوهرى وقال وانبار اسم بلد وسنذكرها فيما بعد; tum agit scriptor de urbe Çaná in Jemane, frequenterque citat al-Djauharíum; porro de Medinâ, de oppidis Mesopotamiae et Syriae, imprimis de Damasco; nempe de urbis aedificatione, de portis quas habet caet.; citat Ibn-Asákiri historiam Damasci, multa narrat absurda et carmina quaedam, in Damasci laudem composita, describit.

b. LIBRI TURCICI.

DCCXLIII. (Cod. 1109 Warn.)

Pars operis جهان نما auctore Hádjí-Khalifâ, nempe ea quae ab operis initio ad eum pertingit locum, qui in editione Cpolitanâ p. ۴۱۸ vs. 12 reperitur; sed non amplius reperiuntur plagulae quibus continebantur quae in editione illâ a p. ۳۳۹ vs. 12 ad locum quendam in p. ۳۷۵ aut ۳۷۴ habentur; quod hic non accuratius definiri potest, quia in exemplari quod Bibliotheca nostra possidet, desiderantur p. ۳۷۳—۳۷۵. In Norbergii versione locus ubi hiatus in Codice desinit, exstat T. I, p. 519 vs. 1.

DCCXLIV. (Cod. 697 Warn.)

Ingens poëma Turcicum. Titulus in Codice est: هذا كتاب كنز الكرامة المسمّى بحكمت نامة. Incipit liber a doxologiâ Arabicâ, cuius primus versus est:

هو الله العظيم الكبرياء هو الحيّ القديم ذو البقاء

Agit de permultis rebus, veluti de creatione mundi, de astris, de angelis, de elementis, de ventis, de nubibus et pluviâ, de fulmine et tonitru, de iis quae pone montem Káf sunt, de Adamo et Evâ, de septem climatibus; tum de variis terrae regionibus, nempe de Syriâ, de Turkestán, Abyssiniâ, Aethiopiâ, Berberiâ, Nubiâ caet.; tum de diversarum regionum *kiblâ*, de aedificandi modis et de quibusdam urbibus, de Meccâ v. g., Medinâ, Hierosolymis (in quo capite agit poëta de illâ urbe a Francis captâ), Damasco, Baälbeco, Aintáb, Constantinopoli (in quo capite agit de urbe a Turcis captâ), de antiquorum populorum urbibus et palatiis; tum de monte Káf, de reliquis montibus, de mineribus, metallis et lapidibus, de terrae motibus, de diluvio, de maribus et insulis, de piscibus et de monstris quae poëta in maribus habitare putat, de fluminibus, de fontibus, de puteis, tum de hominis formatione, de artibus et opificiis, de plantis, de animalibus; de temporis divisione (diebus, noctibus, mensibus caet.). In fine denique est compendium historiae universalis.

Huius versibus conscriptae cosmographiae auctor saepe historiolas narrat; credulus erat vir qui multas fabulas, quarum complures etiam in al-Kazwínii et Ibno-'l-Wardii operibus reperiuntur, narrat absurdas.

Spissum hoc volumen bene exaratum multisque vocalibus instructum est. Anni nota addita non est.

DCCXLV. (Cod. 1589 (2))

Iter Gallicum legati Mohammedis Efendí anno Ar. 1133, cuius amplior editio prodiit inter Chrestomathias Orientales, quae Parisiis eduntur. In editione Parisiensi dictio copiosior est et quaedam in ea leguntur quae in hoc Codice desiderantur.

Emtus e Bibl. Palm. (*Catal.* p. 139, n. 28 (2)).

HISTORIA.

a. LIBRI ARABICI.

I. INTRODUCTIO.

DCCXLVI. (Cod. 677 Warn.)

اَلْاِعْلَانُ بِالتَّوْبِيخِ لِمَنْ ذَمَّ اَهْلَ التَّارِيخِ auctore Schamso-'d-dín Abu-'l-Khair Mohammed ibn-Abdorrahmán *as-Sakhâwi* (+ 902).

Primum exponit auctor quid sit historia, et huius disciplinae utilitatem luculentissimis testimoniis probat. In alterâ libri parte enumerat opera historica quae cognita habebat; sed quamquam negare non ausim, quaedam ab eo esse tradita memoratu digna, pleraque tamen quae tradit iam aliunde accuratius scimus, et dubito an hic liber multum conferre possit ad historiographiam Moslimorum melius cognoscendam. In fine testatur, se hunc librum Meccae composuisse anno 97 (i. e. 897).

Codex aquâ adeo laesus est ut eius lectione oculi fatigentur. Anni notâ caret, et alius mihi non innotuit.

DCCLXVII. (Cod. 560 (1) Warn.)

Opusculum Abu-Djafari Mohammedis ibn-Habíb (+ 245) de similitudine et differentiâ nominum tribuum Arabicarum, quod a Cl. Wüstenfeld anno 1850 editum est ex nostro Codice, celebratissimi historici al-Makrízí manu exarato, de quo fuse egi in *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 17 sqq.

DCCXLVIII. (Cod. 362 Warn.)

كِتَابُ ٱلْٱشْتِقَاقِ auctore Ibn-Doraid (+ 321). Non opus est ut de hoc libro exponam, cum quia qualis eius sit ratio satis intelligi potest ex Reiskii descriptione (*Prodidagm.* p. 231), tum quia Clus Wüstenfeld ex nostro Codice libri editionem parat.

Codex, 196 paginas continens, anno 668 exaratus est.

---

2. HISTORIA UNIVERSALIS.

DCCXLIX. (Cod. 497 Warn.)

Tertium volumen *genuinae* Historiae summi historici at-Tabari (+ 310).

» Incipit haec Thabaritae pars, sine ulla praefatione, a Septem dormientium fabula (ذكر الخبر عن اصحاب الكهف). Hinc de Iona propheta, de S. Georgio, prolixe nugatur. Tum usque ad finem libri res imperii Sassanidarum enarrat auctor, quibus fata Arabiae felicis et bella a Persis ibi gesta intermiscet. Desinit vero in enumeratione epocharum et supputatione temporis, quod secundum Judaeos, Christianos, Magos, inter Adami lapsum et Mohammedis fugam effluxerit.

» Codex continet pp. 269. A fine est mutilus, ita ut nulla adsit librarii nota, ex qua de libri aetate aestimatio fieri possit. Scriptura est elegans, at plurimis tamen in locis, ob frequentissimam punctorum diacriticorum omissionem, difficilior." Haec Hamakerus (*Spec. Catal.* p. 19 sq.). Utinam huius voluminis loco aliud haberemus in quo historia Islamitica tractaretur!

Alia volumina huius magni opera sunt in Bibl. Berol. et Bodl.; vide Cl.i Kosegarten praefationem ad suam editionem, quam, diu intermissam, ut absolvat tandem, omnes historiae amantes vehementer optant. Unum volumen est in Mus. Brit.

271, alterum in Bibl. Alger. (p. 14 sq.), et in Parisiensi quoque Bibl. unum volumen (n. 627) asservatur, de quo cf. Dubeux p. XXXVII. In Bibl. Caes. Vindob. (apud Hammerum 452) est epitome Arabica, ex genuinâ at-Tabarîi historiâ facta.

DCCL. (Cod. 1612)

Versio Persica, vel potius macrum et exile compendium, Historiae at-Tabarîi, a Balamî circa annum 352 factum. Exordium huius Codicis convenit, non cum Codice Gothano, sed cum exordio duorum Codd. Petropol., quod Cl. Kosegarten dedit Vol. I, Praef. p. XII. Memoratu dignum est hoc exemplar propter appendicem. Etiam in Codice Parisiensi, de quo Dubeux loquitur sub n. B (in Praefatione ad Gallicam versionem, cuius primum fasciculum anno 1836 edidit, sed quam, sine magno literarum damno, non continuavit) appendix est, quâ historia usque ad al-Mostarschidi khalifatum, a. 512, continuatur; in nostro autem Codice continuatur historia khalifatûs usque ad Bagdádum ab Huláku anno 656 expugnatum; tum breviter enarratur historia dynastiarum, nempe Çoffáridarum, Sámánidarum, Guridarum, Seldjukidarum caet.; sed finis deperditus est, nam Codex abrupte desinit in historiâ Ismaëlidarum, quos Assassinos vocare solemus. Ne tamen putent viri docti, hanc dynastiarum historiam magni esse momenti; est contra brevis et exilis; Çoffáridarum v. g. historia quinque versibus absolvitur.

Antiquior est hic Codex quatuor illis Parisiensibus quibus Dubeux usus est; nam ex subscriptione, quae absolutâ khalifatûs historiâ occurrit, patet, eum anno 754 exaratum esse; quod scripturâ (bonum neskhî) et chartae specie confirmatur.

Donum Rever. Hooykaas Herderscheê.

Alia exempl. versionis Persicae praeter Parisiensia de quibus cf. Dubeux: Bodl. (Uri) 40 (p. 277), Ouseley 269—276 (4 expl.); Radcl. (Fraser p. 4); Caes. Vind. (Rzew. 83); Goth.; Caes. Petr. (Ardebil. ap. Frähn p. 4, et in *Bulletin*

scientif. III, p. 62) (4 expl.); Nan. 78. In nonnullis bibliothecis exstant praeterea exemplaria versionis Turcicae, quae ex Persicâ facta est et Constantinopoli edita.

DCCLI. (Cod. 140 Gol.)

Secundum volumen versionis Arabicae Compendii Persici, a Balamío facti, operis at-Tabarii; cf. Cl. Kosegarten, Vol. I, Praef. p. XXIII sqq. Facta est haec versio, anno 935—937, a Khidhr ibn-Khidhr, cuius integra genealogia est: خضر بن خضر ابن الحاجى حسن ابن الحاجى محمد ابن الحاجى حسن ابن الحاجى اسماعيل ابن الحاجى على الامدى.

»Incipit hoc volumen a nativitate Mohammedis, desinit in caede Hosaini (die 10 Moharremi A. H. 61. Chr. 680), et extremo loco narrat, quomodo caput Hosaini captivasque mulieres et pueros Obeidollah miserit ad Jezidum, qui Alidas paucis post diebus Medinam deducendos curaverit." Hamakerus in *Spec. Catal.* p. 20.

Codex, ab ipso interprete exaratus, continet minutae et inelegantis scripturae pp. 961.

DCCLII. (Cod. 127 Gol., 282 Warn. et 537 Warn.)

Magna pars operis مُرُوجُ ٱلذَّهَبِ auctore al-Masudí, qui anno 336 hunc librum absolvit.

Codex 282, anno 963 exaratus et 414 pp. formae maximae continens, exhibet priorem operis partem, ab initio usque ad Moáwíjam. — Codex 537 *a* etiam priorem operis partem offert, ab initio usque ad caput 33um Indicis Sprengeri. Continet pp. 360. De hoc ait Doct. Sprenger in Praefatione ad versionem Anglicam (I, p. LXX): »It is very ancient, made by a man of great learning, and therefore very correct. Sometimes, however, when he fouud a corrupt passage, he gave a wrong sense to it in his corrections. But it is, at all events, the best copy in existence. On the margin one sometimes finds valuable variants, written by a later hand." — Co-

dex 127, valde antiquus, charactere Africano optime scriptus et 300 pp. constans, ab initio mutilus est; adest tamen titulus in quo hoc volumen *secundum* vocatur. Incipit ab historiâ necis az-Zabbae reginae (Cod. 282 p. 247); desinit in extremo Jezidi ibn-Moáwijah khalifatu. — Codex 537 *d* (qui tomus in titulo *quartus* vocatur et 340 pp. constat) incipit a khalifatûs Alii initiis, et pergit usque ad mortem Abdo-'l-meliki. Cf. Hamakeri *Spec. Catal.* p. 46 sq.

Ex dictis apparet, nos ultimâ operis parte carere, quae capita 95—132 (ex Sprengeri Indice) continet.

Alia exempl. vel partes operis al-Masudii: de Paris. cf. Cl. Quatremère in *Journ. asiat.* 1839, VII, p. 29 sqq.; 3 expl. apud Flügel, *W. Jahrb.*, 90, p. 8; Soc. Asiat. Paris.; Mus. Brit. 272, 273: Bodl. (Uri) 707, 711 (1), 792, 815, 994; Cantabrig.; Caes. Vindob. (apud Hammer) 103; Mus. Asiat. Petrop.; Bibl. Cl. de Gayangos.

DCCLIII. (Cod. 767 Warn.)

Hamzae Ispahanensis Annales; quem librum, anno 350 absolutum, edidit Cl. Gottwaldt, qui de nostro Codice egit p. XXII.

DCCLIV. (Cod. 159 (2) Gol.)

تعليقات من كتاب التعريف بطبقات الامم. Breve excerptum ex طبقات الامم, auctore Abu-'l-Kásim Çáid ibn-Ahmed ibn-Çáid, kádhío Toletano. Agit hoc excerptum de Persis, Chaldaeis, Graecis, Coptis, Turcis, Indis, Sinensibus, Arabibus et Iudaeis (in quo loco Codex abrupte desinit).

33 pp., a Turcâ, linguae Arabicae imperito, exaratae. Idem excerptum est in Mus. Brit. 281 (1).

DCCLV. (Cod. 1008 Warn.)

Initium libri c. t. "المنتظم في تواريخ الامم, auctore Abu-'l-Faradj ibno-'l-Djauzi (+ 597). Agit haec pars de terrâ, deque Angelis et Prophetis.

Codex male exaratus est. Al.: Bodl. (Uri) 779.

DCCLVI. (Cod. 973 Warn.)

Pars Chronici c. t. "مرآة الزمان، فى معرفة التخلفاء والاعيان" auctore Abu-'l-Modhaffar Jusof, vulgo *Sibt ibni-'l-Djauzi* (i. e. *filius filiae Ibno-'l-Djauzii*) dicto (+ 654). In titulo hoc volumen *secundum* vocatur, agitque de regibus Persiae, de antiquâ Arabum historiâ et de Mohammede.

Codex anno 729 exaratus est.

DCCLVII. (Cod. 88 Gol.)

Alia pars eiusdem operis, quae incipit in medio anno 479 et pergit usque ad annum 533 incl. Spissum volumen currente calamo exaratum est anno 734.

Al. volumina magni huius operis: Paris. 640, 641; Mus. Brit. 279 (2); Bodl. (Uri) 294 (2), 679, 682, 723, 759; Bibl. Rever. Cureton (unum volumen); Goth. 239; Escur. 1639, 1640, 1641; Cid-Hammouda (p. 16).

DCCLVIII. (Cod. 125 Gol.)

تَارِيخُ ٱبْنِ ٱلْعَمِيدِ. Elmacini (+ 672) historia, ab Erpenio edita. Codex anni notâ caret. Alii: Paris. 618, 619; Bodl. (Uri) 683, 715, 735, 773, 789, cf. 838, (Nic.) 47, cf. 150 (3), 341 (1 et 10), 395 (1); cf. Monac. 48; Mus. Asiat. Petr.

DCCLIX. (Cod. 533 Warn.)

مُخْتَصَرُ ٱلدُّوَلِ. Gregorii Abu-'l-Faradj (+ 685) Historia, a Pocockio edita. Codex anni notâ caret.

DCCLX. (Cod. 985 Warn.)

Alterum exemplar eiusdem libri. Hic Codex similiter anni notâ destitutus est.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 96, 97; Havn.; Palat. 117.

DCCLXI. (Cod. 554 Warn.)

ٱلْمُخْتَصَرُ فِى أَخْبَارِ ٱلْبَشَرِ". Abulfedái (+ 732) Annales.

Hic Codex, quo Reiskius ad suam editionem usus est, anni notâ caret.

DCCLXII. (Cod. 851 Warn.)

Pars prior eiusdem operis (usque ad annum 402). Etiam hic Codex anni notâ caret, sed praecedente recentior est.

Parisiis est exemplar ipsius auctoris iussu exaratum et ab eo correctum. Alia: Bodl. (Uri) 686, 687, 689, 760, 765; Palat. 109, 110; Vatic. 272, 753—758; Escur. 1636, 1755.

DCCLXIII. (Cod. 428 Warn.)

Compendium magnae historiae ad-Dhahabii (+ 748) c. t. تاريخ الاسلام, ab ipso auctore factum. Titulus in hoc Codice est: كتاب دول الاسلام على الولاء وخلفاء الامة وملوكها واعلامها تاليف الشيخ الامام الحافظ الحجة شمس الدين الذهبى قدس الله روحه ونوّر ضريحه والحمد لله وحده. Incipit a Mohammede et pergit usque ad annum 744.

Codex bene exaratus est anno 772; sed ipse librarius testatur, se hoc exemplar ex mendoso Codice descripsisse.

DCCLXIV. (Cod. 988 Warn.)

Idem liber. Titulus hic est: كتاب الدول مختصر من تاريخ الاسلام ✡

Codex anno 885 exaratus est.

Volumina magnae historiae ad-Dhahabii et exemplaria compendii sunt in Bibl. Paris. 626, 646 et 753; Bodl. (Uri) 647, 649, 652, 654, 656, 659, 764, 803, 812, 843, 853 (1); cf. Doct. Lee 1; Goth. 243, cf. 252 in f., 331; Caes. Vind. (Hammeri) 164; Havn.; Mus. Asiat. Petr. (مع منتخب من ذيل السخاوى); cf. Ambros. 238 et Escur. 1659; Cid-Hammouda (p. 15) (ذيل ذيل الذهبى).

DCCLXV. (Cod. 320 (2) Warn.)

Appendix ad *magnum* opus historicum ad-Dhahabii, quâ

exponitur de ingenti numero illustriorum hominum (non tantum virorum, sed etiam feminarum), qui inter annum 701 ad 740 mortui sunt. Haec appendix ab ipso ad-Dhahabío confecta, sed ab alio quopiam edita est; nam prima verba in nostro Codice post *bismillam* sunt haec: اخبرنى غير واحد مشافهةً وكتابةً عن الامام الحافظ الكبير شمس الدين ابى عبد الله محمد ابن احمد بن عثمان بن قايماز رحمة الله تعالى عليه قال هذا مجلد مُلْحَق بتاريخ الاسلام شِبْهَ الذيل عليه فيه نحو من اربعين سنة اولها سنة احدى وسبعمائة; et praeterea in fine operis de viro agitur, qui anno 750 obiisse legitur; quum autem ad-Dhahabí iam anno 748 mortuum fuisse constet, locum illum non ad-Dhahabío sed operis editori tribuamus necesse est. Observandum etiam est, ad-Dhahabium de paucis exposuisse, qui *post* annum 740 diem supremum obierunt.

Codex, 227 paginis constans, in urbe Meccâ exaratus est anno 875; puncta diacritica saepe desiderantur, sed textum valde emendatum esse, iudicavit Cl. Weijers, qui de hoc libro exposuit in *Orient.* II, p. 179 sq.

DCCLXVI. (Cod. 1526 (2) Warn.)

Haec pars Codicis 1526 post *bismillam* hanc offert inscriptionem: فهذا مجموع من البداية والنهاية لابن كثير. Ibn-Kathíri (+ 774) البداية والنهاية est Historia universalis (v. Mus. Brit. 275—278); hic autem 35 paginarum libellus nihil continet praeter traditiones de Prophetâ. Recens est et male exaratus.

DCCLXVII. (Cod. 1350, 48 Gol., 1145 Warn., 1416, 1351)

Omnes hi Codices partes continent celebratissimae Historiae Universalis Ibn-Khalduni (+ 808). Ordiar a Codice 1350, quinque voluminibus formae maximae constante [1]. Hamakero

1) Cl. Tornberg anno 1840 dixit (in libro c. t. *Ibn Khalduni Nar-*

rogante descriptus est Tuneti anno 1236—1242 (1820—1826) ex exemplari quod, ni fallor, in quâdam illius urbis mosqueâ asservatur, magnoque pretio pro Bibliothecâ emtus est quum totum Ibn-Khalduni opus continere censeretur. Sed aut exemplar Tunetanum, ex quo nostrum descriptum est, imperfectum est, aut librarius Tunetanus Hamakerum decepit; nam longe abest ut Codex 1350 opus Ibn-Khalduni absolutum contineat. Ipse Hamakerus animadvertit, *secundam* tantum partem Historiae Berberorum illo contineri; hanc ob causam a Gråberg de Hemsö emtus est Codex 1351, *primam* Historiae Berberorum partem et secundae partis initium continens. Sed hoc Codice coëmto nondum factum est ut *totum* habeamus opus; desideramus enim plus quam totum volumen, ut mox patebit. Caeterum Codex 1350 manu Africanâ, valde sibi constante, eleganter exaratus est, et modo ei sis assuefactus, lectu non est difficilis. Mendis scatet et haud paucis laborat lacunis, quas in suo archetypo se invenisse testatur librarius; sed absolutae singularum dynastiarum historiae subiunguntur in hoc Codice tabulae genealogicae, quae in Codicibus Parisiensibus desiderari videntur.

Primum volumen Codicis 1350 continet Prolegomena, quorum maior pars exstat quoque in Cod. 48, qui desinit in initio capitis c. t.: فصل فى اشعار العرب واهل الامصار لهذا العهد; sed librarius suum apographum non continuavit, quia Codex quem describebat, pessimum offerebat textum; quod ipse testatur his verbis: وهذه القصيدة وما بعدها لما وجدناهم فى (sic) غاية السقم تركنا كتابتهم وبهم يتم هذا الكتاب وكذلك

ratio de expeditionibus Francorum in terras Islamismo subjectas, p. 5), Cl. Weijersium descriptionem nostrorum Ibn-Khalduni Codicum editioni parare. Certo affirmare possum, Weijersium in animo quidem habuisse aliquando de iis referre, sed aliis negotiis impeditum fuisse quominus Codices nostros describeret atque adeo accuratius examinaret.

جميع هذا المولف من اوله الى اخره فى غاية السقم وعدم الصحّة من كاتب نسخة الاصل فلا حول ولا قوة الا بالله. —

Parvus Codex 1145 incipit a capite, quod Sacyus in primo Chrestomathiae volumine edidit. Sunt 37 paginae, currente calamo et punctis diacriticis saepe omissis exaratae. —

Secundum volumen Codicis 1350 primum de variis nationibus harumque origine agit; tum de historiâ Arabum ante Mohammedem, cui intermiscetur historia Abrahami, الخبر عن ملوك بابل من النبط والسريانيين وملوك الموصل ونينوى من الجرامقة, historiâ Coptorum, Israëlitarum, Iesu Christi, eius discipulorum et sectarum Christianarum, Persarum, Graecorum, Romanorum, Imperatorum Byzantinorum et Gothorum (imprimis Wisigothorum in Hispaniâ). Tum transit scriptor (fol. 151 v.) ad Omaijadas, quorum historia hoc volumine absolvitur. Observandum igitur est, partem illam de Mohammede et de quatuor primis khalifis agentem, quam ipse Ibn-Khaldun in Indice (Vol. II, fol. 6 v. et 7 r.) commemorat, in Codice nostro desiderari.

Volumen tertium agit de historiâ Abbásidarum (cum Bagdádi tum in Aegypto), Idrisidarum in Africâ (198 r.), τοῦ صاحب الزنج (208 r), الخبر عن دعاة الديلم والجيل من العلوية وما كان لهم من الدولة بطبرستان للداعى واخيه اوّلا ثم للاطروش وبنيه وتصاريف ذلك الى انقضائه (210 v.), de historiâ Obaiditarum (215 v.), cui subiungitur historia gentis Benu-Hamdun, principum al-Masílae et az-Zábi (243 r.), de Karmatis in al-Bahrain (244 r.), de Ismáílitis in Iráko, Persiâ et Syriâ (249 r.), de Ismáílitis ex Benu-'l-Hasan Meccae (252 r.), de Háschimitis ex Benu-'l-Hasan Meccae (254 r.), de Benu-Katádah, Meccae emíris, deque Benu-abí-Nomai (256 r.), de Benu-Mohanná, Medinae emíris (258 v.) et de Benu ar-Rasí Zaiditis Çadae (261 r.).

Volumen quartum agit de historiâ Hispaniae, nempe de praefectis, de Omaijadarum dynastiâ, de parvis dynastiis, de iis qui

ab Almoravidis defecerunt, imprimis de Benu-Mardanísch, de Ibn-Hud qui ab Almohadis defecit, de Benu-'l-Ahmar Granatae regibus, de regibus Christianis in Hispaniâ; tum de iis qui Abbásidarum imperium agnoscebant, nempe de Aglabitis in Africâ (40r.) et de historiâ Siciliae et Cretae, de iis qui in Jemanâ aut Abbásidarum aut Obaiditarum imperium agnoscebant (54 v.), de Benu-Hamdán (64 v.), de Benu-Okail in urbe al-Maucil (78 v.), de Mirdásitis (87 r.), de Benu-Mizjad (90 r.), de Tulunidis (99 r.), de Benu-Merwán in Dijár-Becr (112 r.), de Çaffáridis (115 v.), de Sámánidis (122 r.), de Benu-Seboktekín (138 r.), de Turcis in Káschgar (156 r.), de Guridis (161 r.), de Bowaihidis (173 v.), de Weschmeguir eiusque posteris (221 v.), de Mosáfiridis (225 v.), de Schahínidis (229 r.) deque reliquis qui in al-Botaihâ regnarunt, et denique de Benu-Hasnawaih (232 v.). — Iam quum volumen quintum idemque ultimum solummodo de historiâ Berberorum agat, certum est collato Indice (Vol. II, fol. 7 r.), complura inter volumen quartum et quintum desiderari, nempe historiam Seldjukidarum, gentis Khowárezm-Scháh, gentis Samán (سعمان) in Khelâto et Armeniâ, Ortokidarum, Atábecorum al-Maucili et Halebi, Aijubitarum, Mamlukorum, Rasulidarum in Jemanâ, Tatarorum, Othmánorum caet.; quae tanta sunt ut totum volumen implere posse videantur.

De quinto volumine Codicis 1350 et de Codice 1351 (anno 1242 incomte exarato), qui Historiam Berberorum continent, non opus est ut exponam, nam melius hoc facere poterit Nobil. de Slane in praefatione ad suam huius partis editionem, quandoquidem nostris etiam Codicibus usus est. Addo itaque tantum, in fine Codicis 1350 exstare vitam Ibn-Khalduni, ab ipso scriptam, quam ἐπιτομῶς vertit Nobil. de Slane in Diario Asiatico. — Codex 1414 continet initium narrationis de Zenátensibus, ab Hamakero Latine versum (Hamak. Catal. p. 113, n. 11).

Aliae partes Ibn-Khalduni: Paris. (exemplar Constantinopolitanum et Rousseauianum; cf. Cl. Tornberg l. l. p. 3—5); Bodl. (Nic.) 124, 125; Mus. Brit. 279 (1), 280; Caes. Vind. (Hammeri) 159; Mus. Asiat. Petr. (exempl. Prolegomenorum). De Codice Prolegomenorum quem Acerbi Bibliothecae » di Brera in Milano'' dedit, egit hic in *Biblioteca Italiana* (1831), tom. 61, p. 292 sqq. Versio Turcica Prolegomenorum est in Bibl. Caes. Vind. (Rzew. n. 90, apud Flügel n. 442).

DCCLXVIII. (Cod. 32 (1) Gol.)

Chronicon Ibno-'s-Schihnae (+ 815), c. t. ‘روض المناظر في علم الاوائل والاواخر”; opus parvi momenti.

Codex anno 854 exaratus est. Alia exempl.: Mus. Brit. 283; Bodl. (Uri) 666 (1), 797, (Nic.) 145, 146 (1), 153; cf. Lee 35; Caes. Vindob. (Hammeri) 163; Acad. Orient. Vind. 243; Havn.; Vatic. 271, 276, 279; Escur. 1833.

DCCLXIX. (Cod. 814 (3) Warn.)

Titulus in Codice est: وفيات على ترتيب الاعوام للشيخ عبد الرحمن الكروفى الوفاق الحنفى عملها فى دولة السلطان مراد خان بن محمد خان بن يلدرم خان بمدينة بروسة من اول وفات سيد المرسلين الى عام سبعمائة; quibus verbis libri argumentum, auctor tempusque quo compositum est, tam accurate indicantur, ut pauca tantum addenda habeam. Incipit exile chronicon a verbis: الحمد لله الذى اطلع من سماء ذاته السبوحيه. In praefatione auctor se ipse vocat Abdorrahmán ibn-Mohammed ibn-Alí ibn-Ahmed الحنفى عبارةً البسطامى اشارةً; librum dedicat sultáno Morádo, quem magnificis laudibus ornat, et in operis fine testatur, se illud anno 835 absolvisse.

Codex nitidus et recens est.

DCCLXX. (Cod. 819 Warn.)

Exile compendium historiae Islámiticae, in quo imprimis anni notati sunt quo viri docti obierunt. Vocatur وفيات الاعيان; incipit a morte Mohammedis et pergit usque ad annum 925. Divisum est in novem capita, et a quodam Turcâ scriptum videtur. Libri finis est: وفى سنة ٩٣٥ توفى المولى محمد بن حسام الدين كان حسام الدين من ابناء الروم ومن موالى محمد پاشا ثم قرأ وصار قاضيا ببعض البلاد وخلف ولده محيى الدين المذكور وقرأ هو على علماء عصره منهم ابن كمال پاشا ثم صار مدرسا بالمدارس العالية ثم صار قاضيا بمدينة بروسا مرّتين ثم بادرنة ثم مات قاضيا بقسطنطنية كان عالما فاضلا وكان له اطّلاع على علم الكلام ومهارة فى علم الفقه وكانت له ممارسة فى النظم واطّلاع على علم التواريخ والمحاضرات ۞

Codex subscriptione caret.

DCCLXXI. (Cod. 53 Gol.)

كِتَابُ ٱلْجُمَان فِى مُخْتَصَرِ أَخْبَارِ ٱلزَّمَان auctore Mohammed ibn-Alí ibn-Mohammed ibn-Hosain as-Schatíbí [1]. Exile compendium historiae universalis, de quo cf. de Sacy in *Notices et extraits* II, p. 124 sqq. et Nobil. de Slane in Catalogo Algeriensi p. 8.

Codex incomtâ manu Africanâ pessime exaratus est anno 1008. Alia exempl.: Paris. 616 (1), 762; Goth. 319; Caes. Vindob. (Rzew. 73 et 74, ex quibus alterum Africanâ, alterum Europaeâ manu exaratum est); Havn.; Alger. (p. 8).

1) In libri initio est: الشطيبى, sed in fine الشاطبى.

DCCLXXII. (Cod. 787 Warn.)

Titulus in Codice est: ما رواه الاساطوين فى تاريخ ولادة سيد المرسلين، والخلفاء الراشدين، والملوك والسلاطين". Auctor vocatur schaikh Matuk (معتوق) Hanefita, شيخ الفراتيين. Est exile compendium Historiae Islámiticae, inde a Mohammede usque ad imperium Ahmedis Páschá in Aegypto, anno 1024.

---

3. HISTORIA ANTIQUA.

DCCLXXIII. (Cod. 249 Scal.)

Chronicon Samaritanum c. t. Liber Josuae. Opus a Cl. Juynboll editum, qui fuse de Codice egit.

DCCLXXIV. (Cod. 1187)

سيرة الملك الاسكندر. Primum volumen historiae fabulosae Alexandri, auctore Ibráhím ibn-Mofridj.

Codex, anni notâ carens, Africanâ manu exaratus est. In multis aliis Bibliothecis eiusdem argumenti opera servantur; Ibráhími ibn-Mofridj liber exstat etiam v. g. in Cod. Palat. 136.

Unus est ex iis libris qui in antiquis Catalogis ex Mauritaniâ allati dicuntur.

---

4. HISTORIA MOHAMMEDIS ET KHALIFARUM.

DCCLXXV. (Cod. 482 Warn.)

مُخْتَصَرُ سِيرَةِ رَسُولِ ٱللّٰهِ صَنَّعَ لابن هشام عن ابن اسحق. Est Vita Prophetae, ab Ibn-Hischám composita, sed in hac redactione, ab Imádo-'d-dín Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Ibráhím ibn-Abdorrahmán al-Wásití factâ, omissa sunt traditionariorum nomina, carmina quaedam et nonnulla capita quae de hi-

storiâ ante Islámum agunt. Cf. Cl. Weil, *Mohammed der Prophet*, p. x sq., qui Codice huius operis quem Cl. Ewald possidet, usus est. Ibn-Hischámi opus est in Bibl. Paris.

Codex anno 707 exaratus est.

DCCLXXVI. (Cod. 322 (1) Warn.)

اَلْوَفَا فِي فَضَائِلِ الْمُصْطَفَى. Historia Mohammedis auctore Abu-'l-Faradj Abdo-'r-rahmán ibn-Alí *ibno-'l-Djauzí* (+ 597).

Primus liber (46 capita) agit de iis quae ante Mohammedem natum acciderunt; de prophetiis quibus eius adventus praedictus est caet., et de iis quae egit antequam Prophetam se declarasset. In libro secundo (35 capita) historia Mohammedis usque ad Fugam enarratur; in tertio (20 capita) de eius exilio Medinensi agitur; in quarto (31 capita) eius miracula exponuntur; in quinto (11 capita) demonstrat auctor, Mohammedem reliquis Prophetis antecellere; in sexto (31 capita) partes eius corporis describuntur; in septimo (12 capita) animi indoles et ingenium eius describitur virtutesque enumerantur; in octavo (26 capita) describuntur eius mores et studia; in sequentibus libris de reliquis prophetae virtutibus deque eius praestantiâ, quam variis in rebus monstraverit, agitur, inque iis sermo est praeterea de armis quibus utebatur, de eius expeditionibus bellicis, de epistolis quas ad principes scripsit, de legationibus ad ipsum missis caet. Enarratur denique reliqua eius historia, agiturque de rebus futuris.

Codex, 172 foliis formae, quae in folio dicitur, minoris constans, anno 846 exaratus est. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCLXXVII. (Cod. 430 Warn.)

كِتَابُ فُتُوحِ الْبُلْدَانِ auctore Abu-'l-Abbás Ahmed ibn-Jahjá ibn-Djábir *al-Beládhorí* (+ 279), cuius vitam, in hu-

ius voluminis paginâ primâ scriptam, edidit et vertit Hamakerus (*Spec. Catal.* p. 8 sqq.).

»Incipit auctor, nullo exordio praemisso, a fuga Mohammedis, et primum ipsius Pseudoprophetae res gestas persequitur; deinde Arabum rebellionem ab Abou Becro oppressam. Hinc pergit ad Syriae, Cypri, Mesopotamiae, Armeniae, Aegypti et Africae, Hispaniae et Insularum maris Mediterranei occupationem, item Nubiae. Tum in Orientem reversus, tractus Euphratensis (السواد), denique universi Persici regni expugnationem, ad Samarkandam, Bocharam et Indum usque, describit. Ergo opus nullam regionem intactam relinquit, quam, ad auctoris usque tempus, Moslemi sui juris fecerant. Praeterea saepissime narrationi intermiscet observationes scitu dignissimas, de fatis et conditione provinciarum et urbium praecipuarum, sub Ommaiadarum et priorum Abbasidarum imperio. Imo tota nonnumquam Capita inserit auctor ab instituto suo aliena; v. g. *de aedificatione Cufae et Basrae jussu Omari; de Bagdado a Mansouro condita.* Eodem pertinent quae in fine libri, post absolutam bellorum et victoriarum historiam adduntur narrationes: *de donis et stipendiis, quae Omarus prophetae sociis assignavit; de pecuniae Persicae et Graecae valore apud Moslemos, et moneta Arabica ab Abdolmalico instituta etc.; de origine artis scribendi apud Koraischitas.*

»Codex, forma quarta majore, continet pp. 545. Perquam ineleganter scriptus est, et millenis in locis caret punctis diacriticis.''

Haec Hamakerus (*Spec. Catal.* p. 7), qui huius libri versionem inchoaverat, editioni destinatam. Quae absolvit hîc habemus.

DCCLXXVIII. (Cod. 1629)

Hamakeri versio Latina al-Beládhorii, usque ad caput 47 (quod de expugnatione Alexandriae agit).

DCCLXXIX. (Cod. 343 Warn.)

كِتَابُ ٱلْغَزَوَاتِ auctore Abu-'l-Kásim Abdorrahmán ibn-Mohammed ibn-Abdolláh ibn-Jusof *ibn-Hobaisch* (non *Hobais*, ut perperam scribit Hamakerus, *Spec. Catal.* p. 56, 57) al-Ançárí; de quo auctore, anno 584 mortuo, praeter Casirii locum, iam ab Hamakero (p. 57) citatum, cf. Cl. de Gayangos, *History of the Mohammedan Dynasties in Spain*, II, p. 312. Ex Indice Hispanorum qui in opere c. t. تكملة الديباج (auctore Ahmed Bábá at-Tomboctí) commemorantur, quem Indicem Cl° Cherbonneau debeo, patet eius vitam in illo opere exstare. Almeriae natus est anno 504.

Liber compositus est iussu secundi principis dynastiae al-Mowahhidarum, Abu-Jacub Jusof. Series libri Ibn-Hobaischi hic est, ut primum luculenter agat de rebellione Arabum post mortem Prophetae, bellisque intestinis quae sub Abu-Becri initiis gesta sunt; tum de expugnatione Syriae, Aegypti, Barcae, Tripoleos et reliquae Africae, Nubiae, Cypri, Iráki, omniumque provinciarum Imperii Persici exponat. Auctores potissimum secutus est quatuor, ut ipse in praefatione testatur: Mohammedem ibn-Omar al-Wákidí in opere inscripto كتاب الردة (*Liber defectionis*), at-Tabarí, Saif ibn-Omar al-Asadí in كتاب الردة والفتوح, et *Librum de expugnatione Syriae*, cuius exemplaria, ab Ibn-Hobaischo inspecta, alia alium auctorem ferebant. In annotatione, titulo subiunctâ, testatur Ibn-Dihjah, vulgo Dhu-'n-nasabaini (*vir duplicis genealogiae*) dictus († 633), Ibn-Hobaischum multas fide indignas traditiones in suum librum admisisse.

Codex, pp. 485 constans, anno 851 al-Káhirae exaratus est, in gratiam Borháno-'d-díni al-Bikáí (البقاعى), qui, cum aliis operibus, tum libro de Medjnuni et Lailae amoribus inclaruit et anno 885 Damasci obiit.

Huc redeunt quae monuit Hamakerus in *Spec. Catal.*

(p. 56—66). Aliud huius operis exemplar, paullo post auctoris mortem in Hispaniâ scriptum, possidet Cl. de Gayangos (v. l. l. II, p. 518, ann. 10).

DCCLXXX. (Cod. 200 Gol.)

Pseudo-Wákidíi liber de expugnatione Memphidis et Alexandriae (فتوح مصر), quem Hamakerus edidit. Codex anno 840 scriptus est.

Alia exempl.: cf. Paris. 24 apud Flügel; Goth. (Seetzen 1222, quocum Hamakeri editionem contulit Cl. Weijers, cuius annotatio hîc servatur X. Q. 609 inter libros impressos qui dicuntur); Mus. Asiat. Petr.; cf. Vatic. 732 (Hammeri Lett. III, p. 6). Exempl. Mus. Brit. v. ad Cod. sq.

DCCLXXXI. (Cod. 43 Gol.)

Eiusdem falsarii Expugnatio Syriae. Hoc exemplar compluribus foliis ab initio mutilum esse, at maximam tamen belli Syriaci partem, inde a congregatis Graecorum apud Adjnadinum copiis, continere, paginas 327 in folio minori complecti, et anno 831 exaratum esse, iam monuit Hamakerus (Praef. p. VIII).

Alia exempl.: Paris. 696, 697, 698, 699, 820 (pars operis inde a proelio Jarmukensi), 819 (epitome), et 4 alia exempl. apud Flügel n. 36; Mus. Brit. 286—298; Oxon. (Uri) 655, 684, 736, 795; Goth. 267, 336, 337; Caes. Vind. 449 apud Flügel (vers. Turc.); cf. Dresd. 38; Mus. Rumänz. (versio Turc.; v. *Bulletin scientif.* I, p. 157, ubi Cl. Fraehn de hoc opere eiusque Codicibus egit); Mus. Asiat. Petr.; Upsal. 259 et 260 (vers. Turc.); Ambros. 232—236; Vatic. 274; Cid-Hammouda (p. 15).

DCCLXXXII. (Cod. 1399)

Eiusdem Expugnatio Iráki. Hoc exemplar a Persâ quodam descriptum est ex Codice Petropolitano, curante Fraehnio, qui

illud Hamakero dono dedit. Cf. Hamakeri Praef. p. XIII. Aliud est in Bibl. Doct. Lee n. 36.

Emtus ex Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 109, n. 3).

DCCLXXXIII. (Cod. 885 (1) Warn.)

Expugnatio Bahnesae ex eâdem officinâ. Hamakero (p. X) Codex anno 800 exaratus visus est; sed longe abest ut tam antiquus sit. Anni nota est ٣١٠..., sed signum illud ٣ videtur ١ erasum. Exemplar igitur anno 1000 exaratum est, quam aetatem scripturae genus manifesto indicat.

Alia exempl.: Inst. Reg. Neerl. 181 (antea Willmeti, de quo egit Hamaker); cf. Paris. 46 apud Flügel; Mus. Brit. 299—305; Goth. 355 *b*, 405, 914; Havn.; Ambros. 229.

DCCLXXXIV. (Cod. 1196)

Expugnatio Ifrikijae. Aut eiusdem aut similis falsarii opus est. Codicem, charactere Africano exaratum et pp. 313 constantem, *perantiquum* censuit Hamakerus (p. XI). Est contra recens et saeculo decimo sexto p. Chr. non antiquior; Hamakeri error inde explicandus est quod Codices Africanos, rudi manu in malâ chartâ exaratos et speciem quandam antiquitatis saepe habentes, rarius tractaverat.

Codex in Catalogo anni 1640 ex Mauritaniâ allatus dicitur.

DCCLXXXV. (Cod. 1342)

Alterum exemplar, quod breviorem recensionem quam Codex 1196 continet. Narrationi praemissa est khotbah, sive oratio, Ocbae ibn-Amir, ad bellum Africanum profecturi; cf. Hamaker p. XII.

Ab Humberto huc allatus et a Rege Bibl. donatus.

Alia exempl. praeter Habichtianum de quo Hamakerus exposuit: Mus. Brit. 306; cf. Goth. 406; Alger. (p. 14).

DCCLXXXVI. (Cod. 885 (2) Warn.)

قصّة سلمان الفارسيّ واسلامه. Haec fabulosa historia, exponens quo modo Salmán Persa Islamismum amplexus sit, Ibn-Abbási auctoritate narratur, si scilicet libri initio fides habenda est, quod hoc modo audit: روى عن ابن عباس رضه قال كنّا جلوس (جلوسًا l.) فى مسجد رسول الله صلعم بعد وفات (وفاة l.) ابى بكر الصديق رضه فى خلافة عمر بن الخطاب رضه وكان فى الجماعة سلمان الفارسى رضه فقال بعض القوم يا سلمان حدّثنا كيف كان سبب اسلامك. Narrat igitur Salmán, se principis Persici filium esse. Quum aliquando ad templum, ignis cultui dedicatum, deferretur, ignis eloquentissime dixit: »Non »est Deus praeter Deum, nullumque habet socium!" Quibus auditis, templi custodes valde mirati sunt, qui scilicet ignem per 400 annos non audivissent loquentem. Quae sequuntur eiusdem sunt farinae, et libellus, qui 20 paginis constat et male negligenterque, grammaticae praeceptis saepissime violatis, exaratus est, ex Pseudo-Wákidianâ vel simili officinâ profectus videtur. Recte igitur eodem volumine continetur atque Pseudo-Wákidianus liber de expugnatione Bahnesae, qui tamen ab alio librario exaratus est.

DCCLXXXVII. (Cod. 1635)

Hamakeri excerpta Latina ex scriptis Pseudo-Wákidii cum annotatione. Accedit versio Latina capitis Ibn-Khallicánis quod de al-Wákidío, illiusque quod de eius scribâ Ibn-Sad agit. Addita sunt praeterea excerpta Latina ex variis scriptoribus (v. g. al-Masudí, al-Makrízí, an-Nowairí, at-Tabarí, as-Sojutí, al-Beládhorí), quae ad expugnationem Syriae, Aegypti, Iráki caet. spectant et cum Pseudo-Wákidío comparanda erant. Sunt 7 fasciculi.

DCCLXXXVIII. (Cod. 782 Warn.)

كِتَابُ ٱلْمَعَارِفِ auctore Ibn-Kotaibah (+ 276); de quo libro, utpote edito a Cl. Wüstenfeld qui nostro quoque Codice usus est, non opus est ut exponam.

Codex, paginas 515 octuplicatas continens, anno 1012 scriptus est.

DCCLXXXIX. (Cod. 595 Warn.)

كِتَابُ ٱلْأَنْبَا، فِى تَارِيخِ ٱلْخُلَفَا" auctore Mohammed al-Imráni (العمرانى), qui, ut ex libri initio et fine apparet, scripsit regnante al-Mostandjido (555—566).

Est historia Mohammedis et khalifarum, quam scriptor ad suum usque tempus, nempe ad annum usque 559, deduxit; sed liber adeo brevitate peccat ut perparvae sit utilitatis; historia v. g. Omaijadarum undecim paginis absolvitur. Auctor praeterea Omaijadas odio habet Abbásidarumque fautor est, ut statim ex initio patet, ubi haec: وابتدى بذكر سيد البشر — — ثم من افضى اليه الامر بعدهم من بنى امية الى ان عاد الحقّ الى اهله ورجع الى من هو أَوْلَى بـه وهم آل النبى الخ.

Codex bene exaratus est anno 682.

DCCXC. (Cod. 567 Warn.)

Tertium volumen Historiae Khalifarum c. t. "العيون والحدائق فى اخبار الحقائق". Incipit a Walído, filio Abdo-'l-meliki, et pergit usque ad mortem al-Motacimi; ultimum caput in nostrâ urbe anno 1849 editum est a C. Sandenbergh Matthiessen, Viro Consult. Nomen auctoris adhuc latet, sed scripsit certe *post* saeculum undecimum.

Codex, multis vocalibus additis, nitidissime exaratus et antiquus est. Nullum aliud volumen huius eximii operis in Europâ exstare videtur.

5. HISTORIA ALÍI ET ALIDARUM.

DCCXCI. (Cod. 915 Warn.)

تَذْكِرَةُ ٱلْخَوَاصِّ مِنَ ٱلْأُمَّةِ بِذِكْرِ خَصَائِصِ ٱلْأَئِمَّةِ (titulus occurrit cum in praefatione tum in subscriptione), auctore Schamso-'d-dín Abu-'l-Modhaffar Jusof, vulgo *sibt ibni-'l-Djauzí* (i. e. filius filiae Abu-'l-Faradji ibno-'l-Djauzí, qui anno 597 obiit). Obiit hic scriptor anno 654.

Est luculentissima historia Alíi et Alidarum, quam auctor ideo in duodecim capita se divisisse affirmat, quia imámi duodecim fuerint numero. Sex priora capita de Alío agunt, nempe de eius genealogiâ, virtutibus, khalifatu, dictis carminibusque, denique de eius morte. Septimum caput agit de Alíi uxoribus liberisque; octavum (fol. 103 v. — 132 r.) de al-Hasano; nonum (fol. 132 r. — 175 r.) de al-Hosaino; decimum (fol. 175 r. — 181 r.) de Mohammed ibno-'l-Hanafíjah; undecimum (fol. 181 r. — 193 r.) de Khadídjâ et de Fátimâ. Caput duodecimum (fol. 193 r. — 224 r.) agit de reliquis imámis, nempe de Alí ibno-'l-Hosain zaino-'l-ábidína (193 v.), de Mohammed al-bákir (201 r.), de Djafar aç-çádik (204 r.), de Musá ibn-Djafar al-cádhim (207 v.), de Alí ibn-Musá arridhá (210 r.), de Mohammed al-djawwád (215 r.), de Alí al-Askarí (215 v.) et de al-Hasan al-Askarí (217 r.). Fol. 218 r. occurrit carmen de imámis, quod compositum est ab Abu-'l-Fadhl Jahjá ibn-Salámah al-Haçkafí (الحصكفى) (+ 553). In fine denique historiolas de imámis refert libri auctor.

Codex minutis literis exaratus est anno 905. Continet 224 folia quadruplicata. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCXCII. (Cod. 959 Warn.)

Quatuor opuscula de caede Hosaini, omnia ab eodem librario, qui sine dubio Schíita erat, exarata, hoc Codice conti-

nentur. Eorum argumentum his verbis, in fronte Codicis scriptis, declaratur: رسالة فى جواز اللعن على يزيد، ورسالة فى المصرع الشين فى قتل الحسين رضه، واخذ الثار على يد السادة الاخيار، ونبذة من جواهر العقدين فى فضل الشرفين، De singulis accuratius exponendum est.

Primum opusculum ab Abu-'l-Faradj ibno-'l-Djauzí (+ 597) compositum est, sed ab alio viro editum, ut patet ex his verbis quae post *bismillam* leguntur: اخبرنا سيدنا وشيخنا الامام الراجى رحمة ربّه الكريم شرف الدين ابو محمد عبد العزيز (adde بن) محمد بن عبد المحسن الانصارى الاوسى بلّغه الله نهاية اربه، وزاده علما ونفع به، بقراتى عليه فى يوم الجمعة ثانى صفر (adde سنة) ست وخمسين وستمائة قال اخبرنا الشيخ الامام العالم جمال الدين ابو الفرج عبد الرحمن بن محمد بن على بن الجوزى رحمه الله اجازةً قال الحمد لله الذى نجانا بالعلم من مواقعة الضلال الخ. — Narrat Ibno-'l-Djauzí, se aliquando rogatum fuisse utrum Jezídus, Moáwíjae filius, maledicendus sit propter Hosaini caedem et Medinam eius iussu depopulatam. Respondi, inquit: السكوت اصلح يكفيه ما به. Tali responso alter minime contentus, علمتُ أن السكوت اصلح, inquit, ولكن هل يجوز لعنته. »Jezído maledicere," respondit Ibno-'l-Djauzí, »licitum censuerunt docti piique viri, inter quos est Ahmed ibn-Hanbal." Hoc responsum ad viri cuiusdam aures pervenit, qui ex Omaijadarum stirpe fuisse videtur, nam Ibno-'l-Djauzí his verbis eum designat: شيخ قد قرا احاديث مرويه، ولم يخرج عن العصبية القاسيه، Omaijada igitur ille negavit, Ibn-Hanbalum tale quid dixisse; erat vero vir mirae ignorantiae, qui v. g. affirmasset aliquando, Moslimum ibn-Dínár ex clarissimis Prophetae sociis fuisse, quique veras traditiones a falsis non decernere soleret. Refutat igitur Ibno-

'l-Djauzí virum istum, et ad suam sententiam comprobandam, historiam Jezídi enarrat inde ab anno 56 quo a Moáwíjâ imperii haeres est constitutus; quâ in re imprimis sequitur Abu-Becrum ibn-abí-'d-donjá, Mohammedem ibn-Sad (auctorem *τῶν Tabacát*) et at-Tabaríum. — Fol. 28 v. est libri finis, ibique haec exstat subscriptio: كتبته من نسخة عليها خط المصنّف وخط الشيخ الامام العالم العلامة شيخ الشيوخ شرف الدين ابى محمد عبد العزيز بن محمد بن (عبد adde) المحسن ابن محمد بن منصور الانصارى وكتب (وكُتِبَتْ l.) فى سنة سبع وسبعين وتسع مائة (وستمائة l.) من الهجرة النبوية والحمد لله; ex quibus verbis minime efficiendum esse censeo, *nostrum* exemplar ex antiquo illo Codice, anno 677 exarato, descriptum esse; nam si hoc ita esset, nec explicari posset quo modo factum sit ut noster librarius ridiculo errore 977 scripserit pro 677, nec quo modo factum sit ut Codicis nostri textus gravissimis mendis scateat. Videntur mihi verba laudata a librario nostri Codicis descripta ex exemplo quo usus est, et *hoc* verosimiliter ex antiquo illo Codice, anno 677 exarato, descriptum erat. Haec opinio eo confirmatur quod librarius (qui Turca fuisse et Arabica quae scribebat verba fere non intellexisse videtur) verba illa كتبته caet., nullo spatio relicto, praecedentibus ita adiunxit ut ipse non perspexisse videatur, haec verba subscriptionem constituere, sed putasse illa ad ipsum textum pertinere. — Absolutâ subscriptione istâ, editor libri (وجدتُّ فى هذه النسخة يقول مولفها ولم اجد احدا الخ) dicit, se nullum istius aetatis emirum Amro ibno-'l-Açi iustiorem invenisse, qui quum, a Moáwíjâ Aegypto praefectus, audivisset al-Hasanum, Alíi filium, a principe 150,000 dínáros accepisse, hoc imprudenter factum esse censuit, et carmen ad Moáwíjam scripsit, in nostro Codice traditum, quo al-Hasanum summis laudibus effert et Moáwíjam hortatur ut a tam

praeclaro ideoque suspiciosissimo viro veneno se liberet. De Amri igitur sententiâ Moáwíjah al-Hasanum veneno, quod ei a Djadâ datum est, sustulit. Quum deinde Moáwíjah Aegypti praefecturâ Amrum privare vellet eamque in Abdo-'l-melikum ibn-Merwán conferre, Amr ei carmen misit, quod historici المنصفة appellare solent et incipit a versu:

معاوية الفضل لا تنس لى وعن منهج الحق لا تعدل

Hoc carmine omnia enumerat Amr quae in Moáwíjae gratiam perpetraverat, cuius causam iniustissimam fuisse luculenter exponit. Moáwíjah, carmine illo commotus, ei Aegypti praefecturam reliquit et bene curavit ne Syri carmen istud audirent; وامر ان لا يسمعها احد من اهل الشام خوفًا من الانحراف عنه — Longae disputationi ansam darent haec, cui tamen hic locus minus aptus est; sed monendum mihi restat, librum Ibno-'l-Djauzíi, de quo dixi, citari ab as-Samhudío (vide v. g. Codicis de quo agimus fol. 224 r.) sub titulo: كتاب الرد على المتعصب العنيد، المانع من ذم يزيد" ☆

Secundum opusculum compositum est ab Abu-Mihnaf Lut ibn-Jahjá (cuius aetati definiendae inservire potest traditionariorum series quae in *tertii* opusculi, ab eodem compositi, initio legitur et haec est: حدثنا الشيخ الصالح ابن عبد الملك عن على الصيرفى عن ابى الهيثم عن على بن الحسين التنوخى برفعه الى ابى سعيد الصقلى ويونس بن ابى اسحاق عن ابيه عن ابى اسماعيل برفعه عن الشعبى وغيرهم قالوا الخ); editum autem est ab Alí ibn-Musá ibn-Djafar ibn-Mohammed ibn-Táwus al-Hosainí (fol. 35 v.: وقال على — — الحسينى جامع هذا الكتاب عن ابى مخنف لوط بن يحيى — فى مصرع الحسين عم). Continet longam narrationem, quae a caede Alíi incipit et in caede Hosaini desinit. Occupat Codicis fol. 34 v. — 145 r.

Tertium opusculum, ab eodem scriptore compositum, est

continuatio *secundi*, ut in *huius* subscriptione declaratur. Continet narrationem illorum quae inde a caede Hosaini acciderunt usque ad caedem al-Mokhtári anno 67, et Moçabi anno 71. Occupat Codicis fol. 145 v. — 197 v.

Quarto denique loco occurrit excerptum ex opere c. t. جواهر العقدين فى فضل الشرفين auctore Nuro-'d-dín as-Samhudí (+ 911), quem librum totum hîc habemus, n°. 790 signatum. Describendus erit in capite de Theologiâ ibique de hac parte Codicis 959 dicendum.

Codex exaratus est anno 995.

DCCXCIII. (Cod. 989 (fol. 36 r. — 41 v.) Warn.)

Duo parva fragmenta, ex duobus operibus desumta quae de Alidis agunt, hac Codicis 989 parte contineri videntur. In primo (quod tribus paginis constat et abrupte incipit a verbis: من بده مع عشرة او عشرين وخرج من العسكر فاختفى بالشعب فلما اصبح راى الاحوال فرجع الى دمشق) sermo est de Açim (عاصم) ibn-Sálim qui castellum τοῦ طمهروث بن كوموث intrare secundâ vice tentat; de quo castello fabulae nonnullae narrantur, traditurque Acim partem thesaurorum, a se in illo inventorum, Mohammedi ibno-'l-Hanafíjah misisse. Tum narratur mors Jezídi, contenditque scriptor anonymus, Jezídi filium, Moáwíjam II, animo sibi proposuisse ut khalifatu se abdicaret in gratiam Alíi Zaino-'l-ábidína, filii Hosaini, et hanc ob causam a matre suâ huiusque marito, Moáwíjae vitrico, Merwán ibno-'l-Hacam, veneno esse sublatum. Quum igitur Merwán khalifatu erat potitus, huius filius Abdo-'l-melic se ad castellum illud, thesauris repletum, contulit, de quo in praecedentibus mentio facta est; at quum in propinquo esset a serpente, castelli custode, impeditus est quominus intraret. Narrantur alia quaedam quae minime melioris notae sunt.

Secundum fragmentum (9 pp.) incipit a verbis: انبانى

المعتمد اجازة بما روى عن يزيد بن ابى حبيب والحارث بن يزيد وابن هبيرة انهم جميعا قالوا اجتمع عند معاوية عمرو بن العاص وعتبة بن ابى سفيان والوليد بن عقبة والمغيرة بن شعبة فقالوا ارسل لنا الى الحسن فلنسبّ اباه ونصغّره بذلك. Venit igitur al-Hasan, a Moáwíjâ arcessitus, et cum viris illis disputat. Fragmentum abrupte desinit.

DCCXCIV. (Cod. 686 Warn.)

تهذيب الانساب وتنهاية الاعقاب. Egregium opus de genealogiâ Alidarum, auctore Abu-'l-Hasan Mohammed ibn-abí-Djafar Mohammed ibn-Alí ibno-'l-Hasan ibn-Alí ibn-Ibráhím ibn-Alí ibn-Obaidolláh al-aradj (الاعرج) ibno-'l-Hosain al-açgar ibn-Alí ibno-'l-Hosain ibn-Alí ibn-abí-Tálib. Integram scriptoris genealogiam descripsi, ut pateret, hunc Alidam quarto Arabum saeculo floruisse. Antea maius opus de eodem argumento composuerat, nempe *al-kámil*, quod citat fol. 20 v., ubi haec leguntur: وقد شرحنا ذلك فى الكتاب الكبير فى نسب آل ابى طالب الذى سميناه الكامل. Ingens erat opus, nam in praefatione nostri operis testatur auctor, illud 10,000 foliis (ورق) constitisse. Epitome autem de quâ agimus, additamentis aucta est ab alio Alidâ, cui nomen: Abu-Abdolláh al-Hosain ibn-Mohammed ibno-'l-Kásim ibn-Mohammed ibno-'l-Kásim ibn-Alí ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-Ibráhím Tabátabá, qui, ut ex eius genealogiâ efficio, exeunte saeculo quinto floruit; in ipso libro se ipse vocat Ibn-Tabátabá, et alterum illum auctorem صاحب الكتاب. — Utilissimum esset institutum, ex hoc libro tabulam genealogicam conficere; nam propter nominum similitudinem difficile est non errare ubi de Alidis sermo est. Caeterum genealogici tantum, non historici, argumenti est hic liber.

Codex, 169 foliis quadruplicatis constans, currente calamo

sed cum curâ exaratus est ab Alidâ quodam, qui se ipse genealogum النسابة vocat et alios Codices contulit, ut patet ex notis marginalibus. Anni nota addita non est. Aliud exemplar mihi non innotuit.

---

6. HISTORIA ARABIAE.

DCCXCV. (Cod. 424 Warn.)

Historia Meccae auctore al-Azraki (+ 223), quae omnium antiquissima est. Titulus in Codice est: كتاب اخبار مكة شرفها الله تعالى وما جاء فيها من الاثار تاليف ابى الوليد محمد بن عبد الله بن احمد بن محمد الازرقى رواية ابى محمد اسحق بن احمد بن اسحق بن نافع الخزاعى, et post *bismillam* incipit liber ab his verbis: اخبرنى والدى الفقيه الامام المحدث صدر الدين بقية المشائخ ابو حفص عمر ابن عبد المجيد بن عمر القرشى الميانسى رحمة الله عليه قال ثنا (حدثنا i. e. القاضى الامام ابو المظفر محمد بن على الخ, et tum continuatur series traditionariorum usque ad al-Azrakium; ex quibus fortasse efficiendum est, hunc librum non ab ipso al-Azrakio, sed, traditione orali conservatum, longe serius ab alio esse editum.

Historia Templi enarratur inde a tempore quo coela et terra nondum erant creata; tum de modo quo ab Angelis sit aedificatum et de istiusmodi rebus prolixe nugatur scriptor; quae vero de recentiori tempore memoriae prodit, melioris sunt notae.

Codex, currente calamo exaratus, punctis diacriticis saepissime omissis, est lectu difficillimus. Saeculo octavo scriptus mihi videtur; in possessoris notâ annus 846 commemoratur.

Alia exempl.: Paris. 723, 843; Bodl. (Uri) 791, 826; Goth. 353; Mus. Asiat. Petr.

DCCXCVI. (Cod. 463 Warn.)

Secundum idque ultimum volumen Historiae Meccae, ab Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Ishák ibno-'l-Abbás al-Fákihí conscriptae, qui anno 272 adhuc inter vivos erat.

Agit hoc volumen de Templo et de variis ritibus sacris; de cursu inter aç-Çafá et al-Marwah; de Ibno-'z-Zobairo; de variorum virorum orationibus (*khotbah*). Enumerantur praeterea Meccae praefecti, agiturque de locis circumiacentibus et reliquis templis. Singula capita enumerantur in copioso indice, qui libro praemissus est et haud minus quam viginti paginas formae maximae occupat.

Spissus hic Codex, 541 foliis formae maximae constans, Meccae exaratus est anno 877. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCXCVII. (Cod. 493 (4) Warn.)

عُرْفُ ٱلطِّيبِ، مِنْ أَخْبَارِ مَكَّةَ وَمَدِينَةِ ٱلْحَبِيبِ; cuius libri, Hádjí-Khalífae incogniti, auctor in Codice non nominatur; floruisse vero videtur septimo Arabum saeculo, nam in praefatione testatur, se duos libros secutum esse, quorum unus est al-Azrakíi (+ 223) opus, quod legerat coram Izzo-'d-dín al-Hosain ibn-Mohammed as-Scháfií; qui illud legerat coram Fakhro-'d-dín Abu-'l-Hasan Alí ibn-Ahmed al-Makdisí; qui illud legerat coram Abu-'l-Faradj ibno-'l-Djauzí (+ 597). Alterum quod secutus est opus, est جامع الاصول, auctore Ibno-'l-Athír (+606), quod etiam coram Izzo-'d-dín as-Scháfií legerat; qui illud legerat coram alio; qui illud legerat coram ipso Ibno-'l-Athíro.

Liber in tria capita divisus est, quorum primum agit de Templo Meccano eiusque fatis, secundum de reliquis locis sacris quae Meccae et Medinae sunt, tertium de sacris ritibus caet.

Sunt 24 paginae formae maximae, negligenter exaratae anno 830. Alius Codex mihi non innotuit.

DCCXCVIII. (Cod. 160 Gol.)

"أَلْأَعْلَام بِأَعْلَامِ بَيْتِ ٱللّٰهِ ٱلْحَرَام" auctore *Kotbo-'d-dín* Mohammed ibn-Ahmed al-Mekki (+ 988); de quo opere cf. Sacyus in *Notices et Extraits* Vol. IV, Hammerus ad Codicem suum 225 et Krafft p. 97.

Codex bene exaratus est anno 1008.

DCCXCIX. (Cod. 599 Warn.)

Alterum exemplar, anno 1009 exaratum.

DCCC. (Cod. 690 Warn.)

Tertium exemplar, anno 1012 exaratum.

DCCCI. (Cod. 700 Warn.)

Quartum exemplar, in cuius subscriptione commemoratur quidem annus compositi operis (985), non vero tempus quo hoc exemplar exaratum est.

DCCCII. (Cod. 832 (1) Warn.)

Compendium eiusdem libri, factum ab Abdo-'l-karím ibn-Mohibbo-'d-dín ibn-Aláo-'d-dín, filio fratris Kotbo-'d-díni (quem عمّى vocat, v. subscriptionem), anno 1000; compendio titulum dedit: "أعلام العلماء الأعلام ببناء المسجد الحرام". Additum est mandatum regium, de quo in praecedentibus mentio erat facta, quodque sic inscriptum est: صورة كتاب الوقف الشريف السلطانى الامامى الاعظمى الخاقانى الاعدلى المظفرى السليمانى الوارد من خدمة الاعتاب الشريفة السلطانيه، الى الديار المصريه" الخ; hoc mandato descripto sequuntur duae pulchrae tabulae, in quarum unâ templum Meccanum delineatum est, singulis eius partibus earum nominibus adscriptis; in alterâ delineatum est intervallum inter duas colles Merwah et Çafá.

Codex optime exaratus est anno 1006.

Alia exempl. operis Kotbo-'d-dini: Paris. 845; Mus. Brit. 326, 327; Goth. 350, 351; Mus. Asiat. Petr.; Vatic. 284. Versio Turcica est in Bibl. Caes. Vind. (Hammeri 225) et in Bibl. Acad. Orient. Vind. (n. 260).

DCCCIII. (Cod. 1627)

رِسَالَةٌ فِي فَضَائِلِ مَكَّةَ auctore al-Hasan al-Baçrí; de quo opusculo cf. Hammerus ad Codicem antea suum 224 (1). Codex anno 1009 exaratus est. Al. exempl.: Goth. 358; Caes. Vind. (Hammeri) 224 (1).

Emtus Amstelodami m. Iun. 1849 e Bibl. Huët (*Catal.* p. 33, n. 448), in quam venit e Bibl. Nedermeijer Bosch.

DCCCIV. (Cod. 832 (2) Warn.)

"ذُرْوَةُ ٱلْوَفَا، بِمَا يَجِبُ بِحَضْرَةِ ٱلْمُصْطَفَى" auctore Alí ibn-Abdolláh ibn-Ahmed al-Hasaní as-Scháfií as-Samhudí, qui hunc librum, ut ex subscriptione apparet, anno 876 absolvit.

In praefatione dicit auctor, se multas historias Medinae legisse et ex illis maximo cum stupore didicisse haec: "أن المسجد الشريف لما احترق فى سنة ٦٥٤ سقط من سقفه ما كان على اعلا الحجرة المقدسة فوقع على سقف بيت النبى صلعم فوقعا (فوقع l.) جميعا على القبور المقدسة ثم لما ابتدءوا بالعمارة قصدوا ازالة ما على القبور المقدسة فلم يجسروا على ذلك وتركوه على ما هو عليه، كما سياتى الاشارة اليه". Epistola hac de re missa est ad khalífam Bagdádensem, qui bello adversus Tataros impeditus est quominus responderet; deinde interfectus est corruitque khalifatus. Scriptori nostro rudera ista de quibus dixit, amovenda visa sunt, et hanc suam sententiam prodidit in libro c. t. "دفع التعرض والانكار، لبسط روضة المختار";

idem argumentum denuo in hoc libro tractat, qui in tria capita et conclusionem divisus est. Caput primum agit de incendio anni 654; in secundo demonstrat auctor, rudera esse amovenda; in tertio ostendit, Medinenses qui incendii tempore vivebant, ruderibus amovendis impares fuisse; in conclusione denique agit de quibusdam aliis rebus, ad mosqueam spectantibus.

Codex anno 1006 bene exaratus est. Alia exempl.: Paris. 848; Mus. Brit. 328 (compendium), 329.

DCCCV. (Cod. 302 Warn.)

اَلْكِفَايَةُ وَالْإِعْلَامُ فِيمَنْ وَلِيَ الْيَمَنَ وَسَكَنَهَا مِنَ الْأَسْلَامِ

auctore Alí ibno-'l-Hasan al-Khazradji (+ 812).

Incipit hoc volumen a capite quarto, quod de praestantiâ Jemanae et de iis, qui Çanái et Adeni regnarunt, agit; sed ut librum emturus putaret, integrum opus hoc volumine contineri, verbis الباب الرابع, a librario minio scriptis, bibliopola atramento superinscripsit haec: الفصل الاول ولا اول الا الله. Huius capitis sectio secunda (p. 5) agit de conversione Jemanensium ad Islámismum et de praefectis, a Prophetâ huic regioni praepositis. Sectio tertia (p. 12) agit de Jemanae praefectis inde a Prophetae morte usque ad Omaijadas; qui ab his Jemanae praepositi sunt in sectione quartâ (p. 17) enumerantur. Sectio quinta (p. 20) agit de praefectis, ab Abbásidis constitutis; sexta (p. 30) de Carmatis in Jemanâ; septima (p. 38) de emíris qui Çanáo sunt potiti; octava (p. 47) de Çolaihidis; nona (p. 59) de iis qui post hos Çanái regnarunt; decima (p. 68) فى اخبار الدولة الزريعية واستيلاء الزريعيين على عدن ☆

Caput quintum (p. 77), quod libri ultimum est, agit de emíris, regibus et weziris Zebídi. Divisum est in duodecim sectiones, quarum prima agit de Zebído aedificato et de imperio Zijáditarum; secunda (p. 82) de regibus Habyssiniis e stirpe Nadjáhi in Jemanâ; tertia (p. 88) de weziris e stirpe

Nadjáhi; quarta (p. 97) de Alí ibn-Mahdí et de everso Habyssiniorum imperio; quinta (p. 108) de Aijubidis; sexta (p. 139) de Rasulidis. Reliquae sectiones de singulis principibus ex Rasulidarum stirpe agunt; nempe septima (p. 153) de al-Modhaffar; octava (p. 200) de al-meliko 'l-aschraf; nona (p. 204) de al-meliko 'l-moaijad; decima (p. 247) de al-meliko 'l-modjáhid; undecima (p. 303) de al-Afdhal; duodecima denique (p. 324) de al-Aschraf.

Codex, 384 foliis formae maximae constans, anno 948 exaratus est. Recte Hoogvlietus (cui Codicem quondam tradiderat Hamakerus, ut notaret e rebus in eo narratis eas, quae deëssent in Johannseni *Historiâ Jemanae*, utque imprimis etiam rationem haberet eorum locorum, e quibus nostra regionis Jemanensis notitia augeri posset, quo Indicem Geographicum, a Johannseno operi suo adiunctum, suppleret; v. Hoogvlieti praefationem ad librum c. t. *Diversorum Scriptorum loci de Aphtasidis*): » Quamvis Codex," ait, » non ita male scriptus sit, lectio tamen eius difficillima redditur eo, quod puncta diacritica in illo passim desunt, et saepissime quidem iis vocabulis, quibus maxime necessaria sunt, quin imo innumeris etiam in locis nominibus propriis." — Caeterum una haec est e *tribus* Jemanae historiis, ab al-Khazradjio compositis (cf. Hádjí-Khalífah, II, p. 159); nempe illa quae secundum dynastiarum seriem ordinata est. De secundâ, secundum ordinem alphabeticum dispositâ, infra dicturus sum ubi ad opera biographica pervenero.

DCCCVI. (Cod. 477 Warn.)

اَلرَّوْضُ اَلْحَسَنُ، فِي أَخْبَارِ سِيَرِ مَوْلَانَا صَاحِبِ اَلسَّعَادَةِ اَلْبَاشَا حَسَنٍ، فِي أَيَّامِ وِلَايَتِهِ بِاقْلِيمِ اَلْيَمَنِ" auctore Amir ibn-Mohammed ibn-Hasan ar-Roámí, qui exeunte decimo Arabum saeculo floruit; ex quo Codice Cl. Rutgers suam *Historiam*

Jemanae sub Hasano Pascha concinnavit; in cuius libri praefatione cum de opere ipso tum de Codice exposuit.

7. HISTORIA SYRIAE.

DCCCVII. (Cod. 931 Warn.)

"مثير الغرام، الى زيارة القدس والشام" auctore (in nostro Codice non commemorato) Schihábo-'d-dín Abu-Mahmud Ahmed ibn-Mohammed al-Makdisí as-Scháfií, qui hoc opus anno 752 absolvit.

Liber in duas partes divisus est, quarum prima de Syriâ, altera de templo Hierosolymitano agit. In fine libri agit auctor de praeclaris viris qui Hierosolymis habitarunt.

Nitidus est Codex, anno 875 exaratus. Al. exempl.: Paris. 716, 841, 842; Lee 28; Goth. 347; Cid-Hammouda (p. 17).

DCCCVIII. (Cod. 339 *b* Warn.)

"الانس الجليل، فى تاريخ القدس والخليل". Historia Hierosolymorum et Hebronis auctore Modjíro-'d-dín al-Olaimí (+ 927); de quâ imprimis cf. Hammerus in *Fundgruben des Orients*, Vol. II—V, et Curetonii Catal. p. 161 sq.

Hic Codex anno 956 exaratus est.

DCCCIX. (Cod. 739 Warn.)

Alterum exemplar, anno 1052 exaratum.

DCCCX. (Cod. 339 *a* Warn.)

Tertium exemplar, anno 1066 exaratum.

DCCCXI. (Cod. 82 Gol.)

Quartum exemplar, anni notâ carens. Accedit opusculum 23 paginarum c. t. "كتاب باعث النفوس، الى زيارة القدس المحروس" auctore Borháno-'d-dín al-Fazárí.

DCCCXII. (Cod. 842 Warn.)

Initium eiusdem operis (totius pars fere quarta).

Alia exempl.: Inst. Reg. Neerl. 180; Paris. 710—713, 832—835; Mus. Brit. 332, 333; Bodl. (Uri) 681, 763, 820, (Nic.) 156; Lee 21; Goth. 248, 346; Caes. Vind. (apud Hammerum) 463, (Rzew.) 86; Upsal. 258; Mus. Asiat. Petr.; Vatic. 275, 749—752; Alger. (p. 13); Cid-Hammouda (p. 15).

DCCCXIII. (Cod. 1032 Warn.)

اتحاف الاخصا بفضائل المساجد الاقصى auctore (ut in nostro Codice legitur) Schamso-'d-dín Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Schihábo-'d-dín Abu-'l-Abbás Ahmed al-Minhádjí al-Osjutí as-Schafií, qui in fine testatur, se librum anno 875 absolvisse. Est liber ille cuius versionem Anglicam anno 1836 edidit Rever. Reynolds.

Codex anno 896 exaratus est.

DCCCXIV. (Cod. 1444 Testa)

Excerptum ex opere c. t. "نزهة النواظر فى روض المناظر", scripto a Mohibbo-'d-dín Abu-'l-Fadhl Mohammed *ibno-'s-Schihnah* al-Halebí (+ 890), quo Chronicon, a patre compositum, c. t. روض المناظر, explicaret. Ipsum opus نزهة النواظر asservatur in Bibl. Goth. 344. Excerptum autem de quo agimus, de urbe Halebo agit, et in 25 capita divisum est, quorum tituli sunt: ١ فيما جاء فى فضلها ٢ فى ذكر من بناها والطالع الذى بُنيت فيه ٣ فى وجه تسميتها واشتقاقها ٤ فى فتحها ٥ فى ذكر صفة عمارتها واسوارها ٦ فى ذكر عدد ابوابها ٧ فى ذكر قلعتها ٨ فى ذكر القصور التى كانت تسكنها ملوكها ٩ فى ذكر جامعها وجامع قلعتها وما تجدّد بها من الجوامع باطنا وظاهرا ١٠ فى ذكر المزارات التى فى باطنها وظاهرها ١١ فى ذكر

المساجد التى فى باطنها وظاهرها ١٢ فى ذكر ما بباطنها وظاهرها
من الخوانف والربط ١٣ فى ذكر ما بباطنها وظاهرها من
المدارس ١٤ فى ذكر ما يجلب واعمالها من الطلسمات والخواصّ
١٥ فى ذكر الحمامات ١٦ فى ذكر نهرها وقناتها ١٧ فى
ذكر ارتفاع قصبتها ١٨ فى ذكر بعض ما مُدِحَتْ به نظما
ونثرا وهو جلّ مقصودنا ١٩ فى ذكر حدودها ومضافاتها القديمة
والحادثة ٢٠ فى ذكر ما اختصّت به حلب من المحاسن وذكر
ما اغفله ابن شداد من ذكر ما كان موجودا فى زمانه ٢١ فى
ذكر ما تجدّد بها بعد ابن شداد من المساجد والمدارس
والمشاهد والزوايا والتربة والمعاملات ٢٢ فى ذكر بعض ما بها من
الحارات والدور العظام والخطط المشهورة الملوكية ٢٣ فى ذكر
الامور المختصّة بها التى توجد فيها دون غيرها ٢٤ فى ذكر
متنزّهاتها ٢٥ فى ذكر احوال نُوّابها وقضاتها وامرائها وارباب وضائفها
فى هذا الزمان وذكر مدن الشام المستقلّة ☆

Codex anno 1198 bene exaratus est.

DCCCXV. (Cod. 1593)

Idem liber. Codex a duobus librariis exaratus est, quorum alter anno 1173 librum absolvit.

Emtus e Bibl. Palm. (*Catal.* p. 190, n. 33).

Idem opus est in Bibl. Goth. (n. 345).

DCCCXVI. (Cod. 1516 Testa)

Fragmentum 116 foliorum quadruplicatorum ex historiâ quâdam Damasci. Fragmenti initium agit de pacto, quo inter Moslimos et Christianos Damasci de horum templis convenit; pertinet ad sectionem (فصل) *quintam*, nam fol. 1 v. incipit sectio sexta, quae agit de magnâ mosqueâ Damasce-

nà, iubente al-Walíd ibn-Abdo-'l-melik aedificatâ. Sectio 7a (fol. 3 v.) continet descriptionem magnificae illius mosqueae. Pertinent hae sectiones ad caput (باب) *tertium*; nam fol. 9 v. incipit caput *quartum*, quod agit de Prophetis, Prophetae sociis, viris doctis et sanctis, qui Damasci et in aliis Syriae tractibus diem supremum obierunt; horum ultimus qui commemoratur est celebratissimus an-Nawawí. Fol. 105 v. incipit caput *quintum*, quod agit في ذكر ما اشتملت عليه دمشق من البقاع والآثار الشريفه والمعاهد المعظمة المنيفه, et in quinque (non in quatuor, ut initio capitis legitur) sectiones (فصل) divisum est, quarum *prima* agit في ذكر حديث الربوة ومهد عيسى عم, *secunda* في ذكر ما ورد في الصلاة في المسجد الذى بقرية برزة ومقام سيدنا الخليل ابراهيم عم, *tertia* في ذكر ما ورد في غوطة دمشق وجبل قاسيون والدعا فيه, *quarta* في ذكر مغارة الدم والجبال المقدسة, *quinta* في ذكر المسجد الذى بقرية برزة ومقام سيدنا الخليل ابراهيم عم. Fol. 112 v. incipit caput *sextum*, de iis quae ultimis temporibus Damasci accident; prima sectio (فصل) agit de Iesu adventu, secunda de adventu Anti-Christi; at haec non absoluta est in Codice, qui abrupte desinit in verbis: ثم يأتى ثلاث سنوات شداد فى الثالثة تحبس السماء قطرها والارض نباتها. Custos qui dicitur paginae est ثم.

Quis auctor sit huius libri nescio, sed saeculo nono Arabum non antiquior est; nam loquitur (fol. 6 r. vs. ult., 7 r. vs. 5 a f. et 7 v. vs. 2 a f.) de iis quae anno 728 et 740 acciderunt, citatque Ibno-'s-Sobkíi (+771) opus c. t. طبقات الشافعية. Praeceptorem suum nominat (fol. 112 r. vs. 1) Borháno-'d-dín an-Nádjí.

Codex bene exaratus, sed recens est.

DCCCXVII. (Cod. 1515 (4) Testa)

Titulus est: هاتان الكراستان نقلتا من خط الشيخ حسن

البوريني رحمه الله تعالى وايانا. Continent hae duae korrásae narrationem rerum, quae ab anno 1022 usque ad annum 1029 Damasci acciderunt, et articulum, ut dicimus, de schaikho Abdorrahmán, filio schaikho-'l-islámi Imádo-'d-dín al-Hanefi, ex cuius poësi et prosâ multa specimina adducuntur. Libelli auctor, Hasan al-Burini, obiit anno 1024.

---

8. HISTORIA AEGYPTI.

DCCCXVIII. (Cod. 705 (2) Warn.)

Librarius huic libro titulum tribuit hunc: كتاب بُغْيَة الطالب، ومَنْهَج السالك، فى اخبار مصر والقرى والممالك, eumque a Djalálo-'d-dín as-Sojutí (+ 911) compositum esse statuit. Duplex vero causa est, quae obstat quominus hunc librum as-Sojutío tribuamus; nam primum tale opus nullibi inter as-Sojutii opera commemoratur, et deinde ex libri initio efficeres, illum non a scriptore saeculi noni, sed a tali qui saeculo sexto florebat, compositum esse. Prima enim operis verba post *bismillam* sunt haec: اخبرنا الشيخ الفقيه الامام الحافظ العالم شيخ الاسلام ابو طاهر احمد بن محمد بن احمد بن ابراهيم السلفى الاصفهانى رضى الله عنه وارضاه قراءة عليه وانا اسمع سنة سبعين وخمسمائة قال اخبرنا الخ. In fine Codicis opus denuo as-Sojutío tribuitur, et excerptum dicitur ex maiori eius opere c. t. الجامع الكبير (verba sunt: انتهى ملخصا من كتاب الجامع الكبير للشيخ جلال الدين السيوطى). Sed etiamsi admitteremus, hanc scriptionem reverâ ab as-Sojutío esse compositam, dubium tamen esset ex quonam maiori eius opere esset desumta, utrum ex جمع الجوامع, an ex جامع المسانيد, an ex alio.

Quidquid huius rei sit, continet opus varias traditiones, ad

antiquam Aegypti historiam spectantes. Primum agitur de mundi formâ, tum de iis quae Propheta erga Coptos facienda praecepit, de نزول القبط مصر وسكناهم بها, de استنباط الفيوم; de Nebucadnezaro in Aegypto, de aedificatâ Alexandriâ, de Prophetae epistolâ ad al-Mokaukas, de causâ cur Amr ibno-'l-Aci Ignorantiae tempore in Aegyptum profectus sit, de Aegypto a Moslimis expugnatâ, ذكر مَنْ قال ان مصر فُتحت عنوةً et ذكر من قال فتحت مصر بصلح, ذكر من, ذكر الخطط, de Amri expeditione in ar-Rífum, ذكر اختطّ حول المساجد, de Nilo, de مقاسمة عمر بن الخطاب العمال الجزية (p. 253), de al-Mocattam, de الخراج (p. 257), ذكر نهى الجند عن الزرع (p. 260), ذكر حفر خليج امير المومنين, de expugnatione al-Faijumi, de Barcâ expugnatâ, de Tripoli expugnatâ, de Amr ibno-'l-Aci ab Aegypti praefecturâ remoto, de rebellione Alexandriae, de Ifríkíjâ expugnatâ, ذكر ذى الصوارى, ذكر رابطة الاسكندرية, de morte Amri.

Exemplar, 153 paginis (Cod. 159—312) constans, anno 973 exaratum est.

DCCCXIX. (Cod. 77 Gol.)

Volumen primum Historiae Nuroddini et Saladini, c. t. „ازهار الروضتين فى اخبار الدولتين", auctore Schihábo-'d-dín Abu-Schámah (+ 665).

Pergit hoc volumen usque ad annum 563 incl.

Est optimus Codex, anno 733 exaratus. Alia exempl.: Mus. Brit. 313; Bodl. (Uri) 745, (Nic.) 138; cf. Goth. 330; Havn.

DCCCXX. (Cod. 9 Gol.)

Vita سيرة السلطان الملك الناصر صلاح الدنيا والدين الخ. Saladini auctore Bahá-'d-dín ibn-Schaddád, ab Alb. Schultensio edita. (Vocatur quoque النوادر السلطانية والمحاسن اليوسفية") ☆

Alii Codd.: Bodl. (Uri) 788, (Nic.) 135; cf. (Nic.) 368.

DCCCXXI. (Cod. 126 Gol.)

"الفتح القسّى، فى الفتح القدسى. Imádo-'d-díni Ispahanensis (+ 597) Historia belli inter Saladinum et Francos gesti annis 583—587.

Antiquus et egregius est Codex, anno 601, omnibus fere vocalibus additis, optime scriptus, ut in Bibl. principis Hamátae deponeretur. Constat pp. 755 formae maximae.

DCCCXXII. (Cod. 783 Warn.)

Alterum exemplar, anno 1064 exaratum.

DCCCXXIII. (Cod. 779 Warn.)

Tertium exemplar sine anni notâ.

Alia exempl.: Paris. 714, 715, 839, 840 et (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 90) 48; Mus. Brit. 312; Bodl. (Uri) 775, 824; Goth. 247; Mus. Asiat. Petr.

DCCCXXIV. (Cod. 1592)

Florilegium poëmatum et ornatioris prosae speciminum, quae Imádo-'d-dín Ispáhanensis (+ 597) operi suo c. t. البرق الشامى (quod de victoriis a Nuroddino et Saladino contra Francos reportatis agit, cuiusque quintum volumen continetur Codice Bodl. (Uri) 761) inseruerat.

Codex, 80 foliis octuplicatis constans, antiquus est; sed currente calamo exaratus est et puncta diacritica saepe desiderantur.

Emtus e Bibl. Palmianâ (*Catal.* p. 189, n. 32).

DCCCXXV. (Cod. 425 Warn.)

"درة الاسلاك، فى دولة الاتراك, conscriptum ab al-Hasan ibn-Omar ibn-Habíb et ab eius filio Táhir continuatum. Operis summam dederunt Meursingius Weijersiusque in secundo volu-

mine operis c. t. *Orientalia*, ibique Weijersius et de nostro et de reliquis Codicibus dixit.

DCCCXXVI. (Cod. 372 Warn.)

Notissimum al-Makrízii (+ 845) opus c. t. كتاب المواعظ والاعتبار في ذكر الخطط والآثار. Hoc exemplar totum opus continet, et tribus voluminibus constat, quorum primum, »anno 903 absolutum, facillime est lectu, habetque titulum artificiose pictum, capitumque inscriptiones rubras vocalibus viridibus, aut virides rubris vocalibus distinctas. Ab hoc immensum differunt duo sequentia volumina, rudi quidem penicillo exarata A. 966, at a lectionis integritate imprimis commendanda, quibus adeo nihil commune est cum primo volumine. Videntur illa potius continuationem continere praestantissimi Codicis 371, quem pene ab eadem manu profectum dixerim." Haec Hamakerus (*Spec. Catal.* p. 200 sq.), qui l. l. (p. 201—215) additamenta edidit, extremo tomo primo et tertio adiecta.

DCCCXXVII. (Cod. 276 Warn.)

Alterum exemplar eiusdem operis. » Minutissimis literis scriptum est ab indocto librario, qui hoc unum metuisse videtur, ne lituris lectorum oculos offenderet. Nam suos errores fere nusquam correxit, licet totas pericopas nonnumquam bis scripserit, ut p. 146; aut si correxit, emendationes suas in media auctoris verba ingessit. Aetatis nota non additur, quamvis ex mentione Sultani Kansou Gaurii certum est, librum Anno 906 antiquiorem esse non posse." Hamaker *Spec. Catal.* p. 200.

DCCCXXVIII. (Cod. 371 Warn.)

Primum volumen eiusdem operis, anno 961 scriptum. — Plura de his al-Makrízii Codicibus dedit Hamakerus l. l.

DCCCXXIX. (Cod. 1247 Schult.)

Compendium operis al-Makrízíi, factum anno 1054 ab Abu-'s-sorur Mohammed aç-Çadíki as-Scháfií, سبط آل البحسن. Titulus est: "قطف الازهار من الخطط والاثار".

Alia exempl. operis al-Makrízíi: Paris. 676—682, 797—801 et (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 90) 25; Mus. Brit. 321, 322; Bodl. (Uri) 671, 698, 703, 720; Goth. 253, 254; Caes. Vind. (apud Hammer) 97, 98; Mus. Asiat. Petr. (Italinsky apud Hammer, *Lett.* IV, p. 2); Ambros. 228; Vatic. 724.

DCCCXXX. (Cod. 636 Warn.)

"ٱلْكَوَاكِبُ ٱلزَّاهِرَة فِى مُلُوكِ ٱلْقَاهِرَة". Compendium Historiae Aegypti, c. t. النجوم الزاهرة, auctore *Abu-'l-Mahásin* Jusof ibn-Tagrí-bardí al-Atábekí, cuius magni operis editionem parat Cl. Juynboll, qui in suâ praefatione accuratius de hoc compendio, ab ipso auctore facto, exponet.

Codex anno 862 exaratus est.

DCCCXXXI. (Cod. 374 Warn.)

Idem opus. Codex anni notâ caret, sed ex possessoris annotatione, anno 931 antiquiorem esse apparet.

DCCCXXXII. (Cod. 367 Warn.)

Quartum volumen (ut in praefatione legitur) Historiae, ab Ibn-Ijás conscriptae, c. t. "بدائع الزهور فى وقائع الدهور". Incipit ab historiâ Circassiorum in Aegypto (nempe ab al-meliko 'd-dháhir Barkuk) et pergit usque ad annum 857.

Codex anno 1005 exaratus est. Partes sunt in Bibl. Paris. 595 A et Mus. Brit. 317.

DCCCXXXIII. (Cod. 113 Gol.)

Notissimum as-Sojutíi (+ 911) opus c. t. "حسن المحاضرة فى اخبار مصر والقاهرة" ☆

Hic Codex nitidus non est, sed optimum offert textum; exaratus est anno 981.

DCCCXXXIV. (Cod. 376 Warn.)

Alterum exemplar, quod elegantius quidem scriptum est, sed ab indocto librario; anno 977 absolutum est.

Alia exempl.: Paris. 791—793 et apud Flügel (*W. Jahrb.*, 90) 22 (4 expl. et unum excerptum), 21 (ibid. vol. 92); Mus. Brit. 323; Bodl. (Uri) 660, 780, 813, (Nic.) 141, 142; Goth. 255; Caes. Vindob. (Hammeri) 181 et (apud Flügel) 133, 134; Havn.; Upsal. 264; Mus. Asiat. Petr.; Vatic. 282, 743—746; Escur. 1758; Cid-Hammouda (p. 15).

DCCCXXXV. (Cod. 987 Warn.)

Carmen cui titulus "العقود الدرّيّه فى الامراء المصريه", ab Abu-'l-Hosain al-Djazzár compositum quo Aegypti praefectos enumeraret; pervenit usque al-meliko 's-saíd, quo regnante scriptor ille diem supremum obiit, et carmen ab aliis continuatum est, usque ad al-meliko 'd-dháhir Abu-Saíd Djakmak. Brevi Commentario illustratum est, cuius auctor non nominatur, sed dedicatus est viro cuidam nobili, qui خشكلدى الظاهرى vocabatur.

Aliud exemplar huius libelli est in Bibl. Escur. 468 (4).

---

9. HISTORIA HABYSSINIAE.

DCCCXXXVI. (Cod. 1152 Warn.)

"الالمام باخبار من بارض الحبش من ملوك الاسلام" auctore al-Makrízí; qui libellus a Rinckio editus est.

Codex recens est. Aliud exemplar est in Codice 560, al-Makrízíi opuscula continente et infra inter Collectanea describendo.

10. HISTORIA MAURITANIAE ET HISPANIAE.

DCCCXXXVII. (Cod. 67 Gol.)

Ibn-Adhárii Historia Africae et Hispaniae c. t. البيان المغرب; quem librum totum edidi. In praefatione etiam de nostro Codice, unico in Europâ, exposui.

DCCCXXXVIII. (Cod. 546 Warn.)

Abdo-'l-wáhidi al-Marrékoschii المعجب في تلخيص اخبار المغرب; quem librum ex hoc Codice, unico in Europâ, edidi.

DCCCXXXIX. (Cod. 17 Gol.)

Liber Ibn-abí-Zeri (الانيس المطرب), quem in Europâ *al-Kartás* appellare solemus. Editus est a Cl. Tornberg, qui nostro etiam Codice, anno 989 exarato, usus est, et de eo exposuit in Prooemio p. VI sq.

DCCCXL. (Cod. 24 Gol.)

الحلل الموشية في الاخبار المراكشية, de quo libro, anno 783 in Hispaniâ scripto, cf. quae monui in opere c. t. *Script. Arab. loci de Abbad.* II, p. 182 sqq. Adiuncta est historia regiae gentis, Benu-Zijân dictae; cuius operis Gallicam versionem dedi in *Journal asiatique* (IVe série, tom. III). De Codice cf. quae dixi in huius Catalogi Prologo, p. IV, ann. 3.

11. HISTORIA MAHMUDI ET TÍMURI.

DCCCXLI. (Cod. 618 *a* Warn.)

اليميني. Historia principis Gaznewidae Jamíno-'d-daulah Abu-'l-Kásim Mahmud ibn-Seboktikín, auctore Abu-'n-naçr Mohammed ibn-Abdo-'l-djabbár al-Otbí, quem regnante Mah-

mudo (+ 428) scripsisse, censet Sacyus, qui, versionem Persicam secutus, fuse de hoc opere exposuit in *Notices et extraits*, IV, p. 325 sqq.

Codex, omnibus fere vocalibus instructus et glossis locupletatus, anno 904 bene exaratus est.

DCCCXLII. (Cod. 618*b* Warn.)

Alterum exemplar eiusdem operis, praecedente recentius, cum copiosâ Warneri annotatione in margine.

Alia exempl.: Paris. 35 (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 90), 23 (ibid 92); Mus. Brit. 311; Bodl. (Uri) 675, 811; Caes. Vind. (Hammeri) 180, 191, (Rzew.) 88; Italinsky (Hammer, *Lett.* IV, p. 2); Escur. 1691. Versio Pers.: Paris. 66; Caes. Vind. (Rzew.) 87.

DCCCXLIII. (Cod. 1229 Schult.)

Vita Timuri, auctore Ibn-Arabschâh (+ 854). Ex hoc Codice, anno 945 exarato, Golius suam editionem paravit; in margine annotavit permulta.

DCCCXLIV. (Cod. 826 Warn.)

Alterum exemplar, anno 980 exaratum, cuius margini Warnerus multa adscripsit.

DCCCXLV. (Cod. 153 Gol.)

Tertium exemplar, anno 1024 exaratum.

DCCCXLVI. (Cod. 1495)

Versio Latina Vitae Timuri (ex Golii editione), ignotâ manu scripta. — I. I. Schultensii annotatio in Vitam Timuri (ex Mangeri editione). — Accedunt animadversiones de Alii sententiis tum H. A. Schultensii, tum aliorum.

Alia exempl.: Paris. 708, 709 et apud Flügel 76; Mus. Brit. 347; Bodl. (Uri) 717, 732, cf. (Nic.) 391 (3); Lee 39; Goth. 293, 294, 455; Acad. Orient. Vindob. 256; Vatic. 742.

12. HISTORIA OTHMÁNICA.

DCCCXLVII. (Cod. 944 (1) Warn.)

Titulus in Codice est: تعليقة تتضمن ذكر اسرنا عند الكفّار، والسبب الداعى للفرار، وما احلّ الله بالباغى من الويل والدمار، والحمد لله الخ. Auctor in libelli initio vocatur: Moçtafá ibn-Djamálo-'d-dín, vulgo ibn-Karámah dictus.

Agit hoc opusculum, prosâ ornatiori conscriptum, de iis quae inde ab initio mensis Çafar anni 1015 in Syriâ acciderunt, quum Alí ibn-Dján-Bulád rebellasset contra sultánum Othmánicum Ahmedem.

7 paginae quadruplicatae, male exaratae.

13. HISTORIA RELIGIONUM.

DCCCXLVIII. (Cod. 447 Warn.)

كِتَابُ ٱلْمِلَلِ وَٱلنِّحَلِ auctore as-Schahrastání (+ 548). Exposuit de hoc Codice Rever. Cureton in praefatione ad suam huius operis editionem, p. v.

DCCCXLIX. (Cod. 711 Warn.)

Pars eiusdem operis, usque ad caput de Hermete. Cf. Cureton l. l., qui etiam egit de Codice Doct. Lee, Cod. qui in East-India-House asservatur, Cod. Mus. Brit. et de Codice versionis Persicae quae exstat in East-India-House. Asservatur hoc opus praeterea in Bibl. Paris. 8 apud Flügel (*W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 55), Bodl. (Uri) 95, (Nic.) 47, Mus. Asiat. Petr., Bonon. (apud. Hammerum *Lett.* VII, p. 5), Escur. 1520, 1596, 1696, 1819.

DCCCL. (Cod. 145 Gol.)

Brevis historia religionum, sine titulo et nomine auctoris. Ex praefatione apparet, librum scriptum esse iubente al-Modjáhido (cuius integra genealogia in Codice tradita est), quinto principe e Rasulidarum gente, qui ab anno 721 usque ad annum 764 in Jemanâ regnabat.

Liber in Prolegomena et duas partes (قسم) divisus est, quarum prior decem capita continet, nempe: 1um de Moslimis Orthodoxis; 2um de Kháridjitis; 3um de Motazalitis; 4um de Schíitis; 5um de Mordjitis; 6um de Iudaeis; 7um de Christianis; 8um de Magis; 9um de philosophis; 10um de Brahmanis. Altera pars itidem in decem capita divisa est, quorum 1um agit de iis qui Angelos colunt; 2um de iis qui Solem; 3um de iis qui Lunam; 4um de iis qui Saturnum; 5um de iis qui Venerem; 6um de iis qui Syrium; 7um de iis qui aquam; 8um de iis qui ignem; 9um de iis qui idola colunt; 10um denique de iis qui homines tamquam Deos honorant.

Codex, 56 foliis quadruplicatis constans, anno 1036 exaratus est a Derwíscho Ahmed, qui in Golii usum Codices describere solebat; cf. Prologus p. XIV.

---

14. HISTORIA MISCELLA.

DCCCLI. (Cod. 840 Warn.)

"اَلْوَسَائِل، اِلَى مَعْرِفَةِ الْأَوَائِل". Notissimum as-Sojutíi (+ 911) opusculum. Codex anno 1008 exaratus est. Alterum exemplar habemus in Cod. 474 (1), de quo vide infra inter Collectanea. Al.: Escur. 1760; Alger. (p. 14); etiam Doct. Fresnel huius libri exemplar possidet.

DCCCLII. (Cod. 682 (2) Warn.)

"مُحَاضَرَةُ الْأَوَائِل، وَمُسَامَرَةُ الْأَوَاخِر" auctore Alí Dedeh ex urbe

Sziget, qui exeunte saeculo decimo Ar. floruit. Pertinet ad opera de الاوائل et الاواخر, et indicem capitum dedit Hammerus, *W. Jahrb.*, 70, *Anz.-Bl*, p. 73 sq.

Ait Hádjí-Khalífah, auctorem hoc opus mense Redjeb anni 998 absolvisse. Attamen hoc verum esse nequit, nam Codex noster iam mense Redjeb anni praecedentis ex auctoris autographo descriptus est. Subscriptio enim haec est: كتب (sic) هذه النسخة من نسخة المصنّف بمشهد سليمانى بقرب سكتوار حماه الله بعين عنايته الى يوم القرار, et deinde: افقر الناس فى كتب الخط محمد الطائب غفر الله لهما والبيهما فى شهر رجب المرجب سنة سبع [1] وتسعين وتسع مائة ☆

Alia exempl.: Paris. 38 (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 90, *Anz.-Bl.*, p. 8); Bodl. (Uri) 404; Caes. Vind. (Hammeri) 171; Mus. Asiat. Petr.

DCCCLIII. (Cod. 807 Warn.)

كتاب التوّابين auctore Abdolláh ibn-Ahmed ibn-Mohammed ibn-Kodámah al-Makdisí (+ 620).

Diu animo fluctuavi de loco huic *Poenitentium* Historiae assignando; nam aeque bene fortasse in capite de Theologiâ describi poterat ac in capite de Historiâ. Tandem vero liber hoc loco optime describi posse mihi visus est.

Collegit auctor complures historiolas de peccatoribus qui in poenitentiam conversi sunt. Primo igitur loco agit de Angelis; tum de Prophetis; tum de regibus populorum qui exstincti sunt; tum de Barbaris; tum de sociis Mohammedis Pro-

1) Sic distincte in Cod. scriptum est; quod moneo ne quis putet ibi تسع scriptum esse. Caeterum tota haec subscriptio satis perspicue est scripta; sed vides, librarium linguae Arabicae non valde fuisse peritum.

phetae; tum de regibus Arabum, et denique de reliquis Arabibus. Duo postrema capita, quae omnium memoratu sunt dignissima, dimidiam libri partem occupant. Incipit caput paenultimum ab historiâ Dhu-'l-Kolái (ذو الكلاع), Persici satrapae, ante Persiam a Moslimis occupatam potentissimi, et praeter alia narratur quo modo factum sit ut pulcherrima et erudita concubina khalífae Hischám ibn-Abdo-'l-melik, omnibus divitiis quibus gaudebat repudiatis, sponte vitam miserrimam, Dei cultui devotam, amplexa fuerit. Eiusmodi aliae historiae narrantur multae; sed quamquam symbolum istud: *Momento mori*, quod Islámismo haud minus quam Christianae religioni proprium est, in quâvis libri paginâ scripta videatur, scriptor tamen ea quae profert multo elegantius narrat, quam facere solebant monachi Christiani qui aevo medio similes scripserunt libros; et propter morum descriptionem non indignus est hic liber qui ab illis, qui Omaijadarum et Abbásidarum historiae operam dant, legatur. Singulis historiis traditionariorum series praemissa est.

Codex, ut ex possessoris notâ patet, anno certe 846 antiquior est. Aliud exemplar mihi non innotuit.

---

15. HISTORIA MONETAE.

DCCCLIV. (Cod. 1153 Warn.)

شُذُورُ ٱلْعُقُودِ فِي ذِكْرِ ٱلنُّقُودِ. Notissimus al-Makrízii Tractatus de monetis Moslimorum.

Codex recens est. Aliud exemplar habemus in Codice 560, infra inter Collectanea describendo, et tertium est in Cod. Escur. 1766 (1).

DCCCLV. (Cod. 1357)

Delineationes quorundam nummorum Arabicorum, quos Dom. Guil. Bustamente Nobil.° Faustino de Borbon commodaverat,

huiusque observationes de vocibus nonnullis technicis numismaticis.

De Codicis origine vide supra Vol. I, p. 52, ann. 3.

DCCCLVI. (Cod. 1358)

Simile eiusdem opusculum.

---

16. VITAE. INTRODUCTIO.

DCCCLVII. (Cod. 325 Warn.)

المشتبه فى الرجال اسمائهم وانسابهم (ut titulus in nostro Cod. scriptus est; Hádjí-Khal.: مشتبه النسبة) auctore *Schamso-'d-dín* Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Ahmed ibn-Othmán *ad-Dhahabí* (+ 748).

Utilissimum opus, alphabetico ordine dispositum, quo docetur quo modo virorum et mulierum nomina propria et cognomina, maximam partem in traditionibus obvia, quae in scripturâ, punctis diacriticis et vocalibus destitutâ, valde similia sunt, scribenda, pronuntianda et a se invicem distinguenda sunt. In praefatione auctor, absolutâ doxologiâ, haec ait: هذا كتاب مبارك جمّ الفائدة فى معرفة ما يشتبه ويتصحّف من الاسماء والانساب والكنى والالقاب ممّا اتّفق وضعًا واختلف نطقًا وياتى غالبه فى الاسانيد والمرويات اخترته وقرّبت لفظه وبالغت فى اختصاره بعد ان كنت علّقت فى ذلك كلام الحافظ عبد الغنى بن سعيد الازدى فى المشتبه والمختلف وكلام الامير الحافظ ابى نصر بن ماكولا وكلام الحافظ ابى بكر بن نقطة وكلام شيخنا ابى العلا الفرضى وغيرهم واضفت الى ذلك ما وقع لى او تنبّهت له فاعلم ارشدك الله ان العمدة فى مختصرى هذا على ضبط القلم الا فيما يصعب ويشكل فيقيّد ويشكّل ۞

In primo folio haec legitur annotatio: الحمد لله جمع هذا

الكتاب مولفه رحمه الله فى سنة ٧٢٣ صرّح بذلك فى اخر ترجمة الجنزى وما معها من هذا الكتاب ۞ واوضحته بعد مائة سنة من ذلك فى مجلدات ثلثة مع زيادات عليه وتنبيه على اوهام كثيرة وقعت فيه بسبب (sic) فيها الصحيح ولله الحمد. Quibus aliâ manu et rubro colore haec addita sunt: هذا خط الحافظ شمس الدين ابن ناصر الدين المحدث حافظ البخارى. Reverâ in fine articuli de الجنزى haec leguntur: وصاحبنا الخبرتى شاب حفظ التنبيه وولى تدريسا بالمدينة النبوية فى سنة ٧٢٣ ايام جمعت هذا الكتاب. Composuit igitur ad-Dhahabí librum suum anno 723; sed post verba descripta statim addita sunt haec: ثم تحوّل الى دمشق ولعب ثم مات عام ٧٤٤. In quibus quum annus 744 commemoretur, alterutrum statuendum est: aut haec postrema verba a lectore quodam esse profecta, aut ipsum ad-Dhahabíum ea iam edito libro addidisse; nam Codex Paris, iam anno 743 exaratus est. Hoc certe ex iis patet, Codicem nostrum anno 744 esse recentiorem, et contra ex annotatione in primâ paginâ, eum anno 823 esse antiquiorem. Codex enim noster nihil continet ex istis additamentis emendationibusve Schamso-'d-díni (natus est hic vir, de quo vide *Tabakáto 'l-hoffádh*, Cl. 24, n°. 7 ed. Wüstenfeld, anno 777 et obiit anno 842), cuius manus, prorsus diversa a manu librarii, in nullo alio nostri Codicis loco sernitur, qui quidem copiosam continet annotationem marginalem, sed totam a librario scriptam.

Ad-Dhahabí singulas literas nominum propriorum non enuntiaverat, sed puncta diacritica et vocales tantum appinxerat; hinc factum est ut mox eius liber mendis scateret [1]; cui incommodo mederi studuit Ibn-Hodjr (773—852), qui librum

1) Verba Hádjí-Khalífae male reddita sunt in Catal. Oxon. II, 581.

correxit et retractavit. An tamen haec Ibn-Hodjri redactio in Europâ exstet, nescio. Parisiensis certe Codex (862), teste Catalogi auctore (p. 191), »anno 743 exaratus et emendatus sub auctoris oculis dicitur." Oxoniensis (Uri 425) anno 793 exaratus est; Escurialensis (n. 1776), teste Casirio (p. 333), anni notâ caret.

DCCCLVIII. (Cod. 685 Warn.)

"لُبُّ ٱلْلُّبَاب، فِي تَحْرِيرِ ٱلْأَنْسَاب. As-Sojutíi (+ 911) Lexicon nominum relativorum, a Cl. Veth editum.

DCCCLIX. (Cod. 334 (3) Warn.)

"كِتَابُ ٱلْأَنْسَابِ ٱلْمُتَّفِقَةِ فِي ٱلْخَطِّ، ٱلْمُتَمَاثِلَةِ فِي ٱلنُّقَطِ وَٱلضَّبْطِ", quem librum Abu-'l-Fadhl Mohammed ibn-Táhir ibn-Alí Hierosolymitanus, vulgo *Ibno-'l-Kaisaráni* dictus (+ 507), dictavit discipulo suo cui nomen Abu-Naçr Omar ibn-Mohammed al-Laftawáni, qui eum deinceps cuidam suo discipulo dictavit. Haec patent ex primis libri verbis, ab Hamakero (*Spec. Cat.* p. 139) descriptis; sed ibi ultimum verbum versûs 4i a f. non est اما, ut perperam dedit Hamakerus, sed انا, solennis abbreviatio vocis اخبرنا.

Est Lexicon nominum gentilium, quae, scriptione secum convenientia, inter se tamen distinguenda sunt. »Sic statim ab initio distinguit inter املى ab امل Thabarestanae oppido derivatum, et alterum املى, nomen gentile urbis in Djihouni ripis sitae, et nonnullos Viros doctos recenset, in Amolo Khorasanica natos, addens illos, qui ex altera illa oriundi sint, nomine الطبرى esse notiores. Eodem modo reliqua exponuntur, secundum Alphabeti ordinem, nominibus, de quibus agitur, toties in fronte capitum repetitis, quot diversae eorum significationes afferuntur." Hamaker, *Spec. Catal.* p. 139.

DCCCLX. (Cod. 334 (4) Warn.)

Appendix ad librum de quo diximus, auctore Abu-Musá

Mohammed ibn-abí-Becr Ispahanensi (+ 581). Non tamen ab ipso auctore sed ab amicorum eius aliquo vel discipulo liber editus est. »In praefatione auctor inter alia testatur, se, perlecto Mohammedis ibn-Thaheri doctoris sui libro, observationes margini allevisse; ex quibus Viri cujusdam principis rogatu, appendicem confecerit, bifariam distinctam. Quippe primum ad singulas voces observationes auctoris se amplificasse, dein ad uniuscuiusque literae finem, eorum quoque nominum explicationem adjecisse dicit, quae auctor silentio praeterierat." Hamaker, *Spec. Catal.* p. 146.

DCCCLXI. (Cod. 334 (5) Warn.)

Titulus non a librario sed ab alio huic libello praefixus est: كتاب مختصر تلخيص المتشابه فى الرسم وحماية ما اشكل منه عن بوادر التصحيف والوهم للشيخ الحافظ ابى بكر احمد بن على بن ثابت الخطيب البغدادى رحمه الله تعالى اختصره صاحبنا ورفيقنا — علاء الدين ابو الحسن على الخ. »Videtur autem haec inscriptio" (sunt verba Hamakeri *Spec. Catal.* p. 150) »minus respondere rerum veritati. Neque enim liber iste, quem Bagdadensis Concionator (+ 463) ediderat, sed epitome tantum, in qua describenda nunc versamur, hunc titulum habuit; ut facile intelligi potest ex ipsius Alaeddini (+ 750) praefatiuncula, ubi libellum se excerpsisse dicit ex duobus Bagdadensis operibus, quorum alteri التلخيص, alteri التالية nomen erat." Addit Hamakerus haec: »In hoc autem negotio ita versatus est, ut ad quaerentis facilitatem omnia ex Alphabeti ordine disponeret: singularum autem literarum tractationem tribus paragraphis absolverat. In prima agitur de illis, qui suo nomine differunt, parentis appellatione consentiunt: in secunda autem illi inter se componuntur, qui non suo sed parentis nomine a se invicem distinguuntur: in tertia, qui utrumque diversum habent. Additur in fine dis-

sertatiuncula de viris, qui cognomine ab ابو incipiente dignoscuntur. Institutum auctoris hoc est, ut confusioni medeatur, quae in Codd. ex obscurius, omissoque punctorum diacriticorum apparatu, scriptis nominibus propriis, oritur. Quae res manifestius lectori ex uno alterove exemplo apparebit. Sic in primo capite literae Elif احمد بن جرير واحيد بن جرير; in altero ابرهيم بن حبان وابرهيم بن حيان وابرهيم بن حنان; in tertio ابى بن الآباء ولبى بن لبا; in capite libri extremo ابو شبيل العقيلى وابو شنبل العقيلى. Ex subscriptione constat eodem anno 713 hoc exemplum ex autographo factum esse, quo ab ipso auctore fuerat compositum."

---

17. BIOGRAPHIA MISCELLA.

DCCCLXII. (Cod. 357 Warn.)

كتاب تهذيب الاسماء واللغات auctore an-Nawawí (+ 676); index quo explicantur primum nomina propria, tum voces iuridicae et nomina geographica, quae in sex magnis operibus theologico-iuridicis occurrunt. Primam operis partem (303 priores paginas nostri Codicis) editam esse a Cl. Wüstenfeld ex nostro et Göttingensi Codice, notum est; qui Vir quum egregie de an-Nawawíi vitâ et scriptis exposuerit, non opus est ut aliquid addam.

DCCCLXIII. (Cod. 16 Gol.)

Ibn-Khallicánis Lexicon biographicum. De hoc exemplo, quod tribus voll. constat, fuse egit Tydeman, *Conspectus operis Ibn-Chalicani*, p. 30 sqq.

DCCCLXIV. (Cod. 1594)

Alterum exemplar eiusdem operis, de quo cf. Tydeman p. 35 sqq.

Emtum e Bibl. Palm. (*Catal.* p. 190, n. 34).

DCCCLXV. (Cod. 427 Warn.)

Unum volumen eiusdem operis, anno 730 exaratum. Continet finem operis inde a ابو ايوب مطرف بن مازن الكنانى usque ad يحيى بن خالد البرمكى. Cf. Tydeman p. 33 sq.

DCCCLXVI. (Cod. 1005 Warn.)

"اَلْمُعَلَّم، فِى ذِكْرِ مَنْ تَقَدَّم" sine auctoris nomine. Videtur excerptum ex Ibn-Khallicánis opere, inter ultimos annos saeculi septimi et medium saeculum nonum factum; vide Weijers et Hamaker in Weijersii opere cui titulus *Loci Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno*, p. 14—18, et imprimis de Sacy in huius operis censurâ, *Journal des savants*, 1834, p. 155 sqq.

Codex, 210 paginis quadruplicatis constans, anno 861 exaratus est.

DCCCLXVII. (Cod. 747 Warn.)

"ذَخَائِرُ اَلْآثَار، فِى أَخْبَارِ اَلْأَخْيَار" auctore Schamso-'d-dín Mohammed ibn-Ahmed ibn-Alí al-Andalosí Málikitâ, qui tempore quo hoc exemplar exaratum est, i. e. anno 1004, adhuc inter vivos fuisse videtur; nam librarius in titulo eius nomini subiunxit haec: ادام الله تعالى النفع به وبلّغه اقصى اربه بمنّه وبمنه وكرمه. Recens certe est scriptor, nam recentes citat, v. g. as-Sojutíum in Historiâ Khalifarum (p. 51).

Primum breviter agit auctor de Mohammede et de khalifis (usque ad al-Mamunum). Haec libri pars parvi est momenti; non maioris est reliqua pars, quae nihil continere videtur nisi excerptum ex Ibn-Khallicáne.

Codex nitide exaratus est et 338 paginas quadruplicatas continet. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCCLXVIII. (Cod. 304 Warn.)

"طِرَازُ أَعْلَامِ اَلزَّمَن، فِى طَبَقَاتِ أَعْيَانِ اَلْيَمَن" auctore Abu-'l-Hasan Alí ibno-'l-Hasan al-Khazradjí (+ 812).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-32077/fragment/page=00000204

Codex inscriptione et subscriptione caret quidem, sed ex variis locis, in longâ praefatione obviis, certi reddimur de auctore, titulo, consilio operis caet. Complurium nempe amicorum rogatu et hortante imprimis Abu-'l-Hasan Ismáil ibno-'l-Abbás, quem اشرف ملوك الشام واليمن vocat [1], auctor librum composuit يحتوى على طقات علماء اليمن وصحابها وازمان ملوكها وكبرائها, vel, ut alio loco ait, de اعلام اليمن وكبرائها وملوكها وامرائها وعلمائها وعبادها وروسائها وزهادها. Hunc ad regem attulit, qui librum inspexit et complura in eo desiderari animadvertit; auctorem itaque docuit quo modo liber componendus esset. Principi morem gessit auctor (qui hîc et alibi se ipse Alium ibno-'l-Hasan al-Khazradjí vocat, narratque se in Jemanâ natum esse ibique habitare) et librum composuit qui omni ex parte principis votis responderet. Tum nonnullas Prophetae sententias de Jemanae praestantiâ affert auctor, in causam inquirit cur sua patria *Jemen* vocata fuerit caet. (v. Cod. p. 1—7). Sequitur deinde فصل فى تقرير قواعد الكتاب, quam paragraphum hîc describere non inutile erit: اعلم ايها الناظر وفقنا الله وايالك ان اول ما بدانا به فى كتابنا هذا مقدمة فى ذكر سيدنا رسول الله صلعم ان هو المقصود الاسنى، والغاية الحسنى" يشتمل على نسبه - - الى يوم وفاته - - - واذكر خلفاء الاسلام فابدا بابى بكر الصديق رضه واختم بالمستعصم عبد الله بن المنتصر (l. المستنصر) العباسى واحدا بعد واحد على ترتيم (l. الترتيب) المعروف لكل واحد منهم فصل اذكر فيه تاريخ دولته وما حدث فى ايام مدته واختم المقدمة المذكورة بفصول اخرى اذكر فيها من ولى الخلافة بعد المعتصم (l. المستعصم) ان شاء الله تعالى وبه

1) Eius cognomen erat al-aschraf; imperium adeptus est anno 778 et obiit anno 803. V. Johannsen, *Historia Jemanae*, p. 168—170.

التوفيق ثم اشرع بعد ذلك فى مضمون الكتاب وارتب الاسماء المذكورة على ترتيب حروف المعجم فى اصطلاح اهل اليمن فابدا بالالف التى هى صورة الهمزة ثم الباء — — ثم اختم الكتاب بباب اذكر فيه مشاهير النساء فتصير الابواب ثلثين بابا ثمانية وعشرين (sic) بابا بحروف المعجمة وباب للمسمّين بالكنى وبابا (وباب l.) للنساء ۞ فصل واعلم ايها الناظر — ان كتابنا هذا انما هو ماخوذ فى الغالب من كتاب الفقيه الامام الفاضل وحيد عصره، وفريد دهره، ابى عبد الله محمد بن يعقوب بن يوسف الجندى الملقب بهاء الدين صاحب التاريخ المعروف فانه امامنا المشهور، وشيخنا المذكور، وانما تبعنا اثره، وصدقنا (وصَدَّقْنا l.) خبره، واعترفنا (? واغترفنا l.) فى فضائله، وشربنا بدلالته، ولولاه ما خضّنا هذا البحر العميق، ولا (فلا l.) وجدنا الى هذا المنزل طريق، — — — وسميته طراز اعلام الزمن، فى طبقات اعيان اليمن، ۞

Scriptor quem hîc tamquam suum praeceptorem nominat noster et quem deinde saepissime laudat, nempe Baháo-'d-dín Abu-Abdolláh Mohammed ibn-Jacub ibn-Jusof *al-Djondí*, scripsit, teste Hádjí-Khalífá (II, p. 159; III, p. 613), opus cui titulus "السلوك، فى طبقات العلماء والملوك", Lexicon biographicum virorum doctorum Jemanae.

P. 9 incipit igitur vita Mohammedis, quam excipit p. 48 historia khalífarum inde ab Abu-Bekro usque ad al-Mostacimum (p. 237); historiam deinde auctor continuat usque ad mortem *sultáni* Aegyptii Barkuk, quae anno 801 accidit. Iam quum, ut supra monui, princeps cuius monitu Alí ibno-'l-Hasan al-Khazradjí librum suum composuit, scil. al-aschraf Ismáíl, anno 803 mortuus sit, tuto statuere possumus, auctorem nostrum anno 801 vel sequenti opus suum scripsisse. Caeterum haec longa Prolegomena non magni sunt momenti, nam, longam annorum seriem complexus, auctor perpauca tantum eaque

brevia de singulis principibus monere potuit ; est Chronicon tenue et exile.

Tandem p. 280 ad id quod rei caput erat, Lexicon scil. biographicum clariorum Jemanensium, transit. Sed huius Lexici exiguam tantum partem possidemus, nam Codex noster abrupte desinit in paragrapho de Abu-'l-Hasan al-Motawakkil ala-'l-láhi *Ahmed* ibn-Solaimán (v. p. 351).

nas continet 32 (fol. 4 v. — 20 r.) formae quadrat. min., et anni notâ caret. Accedunt اسماء الحكماء الطبيعيون (sic). Est nuda nominum enumeratio (fol. 20 v.).

DCCCLXXXVII. (Cod. 59 (*b*) Gol.)

Secundum volumen Vitarum Medicorum auctore Ibn-abi-Oçaibiah (+ 668).

Iam diu est ex quo primum operis volumen, quod nostra Bibliotheca olim possidebat, simul cum Cod. 76 (de quo cf. Reiskii *Opuscula medica*, p. 56), desideramus [1]. Incipit alterum hoc volumen ab ابو سليمان داود بن ابى المنى (Cap. XIV, n. 46 ex Indice Cl. Wüstenfeld, *Geschichte der Arabischen Aerzte*, p. 142). Ad Indicem conficiendum Reiskius (l. l. p. 53 sqq.) potissime adhibuisse videtur Codicem deperditum 76; annotabo itaque quibus in rebus Codex 59 (*b*) differat ab Indice quem, ex inter se comparatis Indicibus Reiskii et Nicollii Indicibus, confecit Wüstenfeld (l. l.). In singulis capitum ordinem quem hic V. Cl. proposuit, secuturus sum.

Cap. XIV. N. 47 non deëst. Post n. 48 sequuntur duo capitula, quorum unum agit de ابو نصر بن ابى سليمان, alterum de ابو الفضل ابن ابى سليمان. N. 52 non deëst. — Cap. XV. N. 5 deëst. Post n. 13 sequitur ابو الفضل بن ابى الوقار. N. 15 non deëst. N. 20 occurrit post n. 24. Post n. 25 الشريف الكحال (nempe برهان الدين ابو الفضل سليمان). Non desunt 36 et 37. Non deëst 44. Post 54 sequitur نجم الدين بن المنفاح. N. 55 et 56 inter se transpositi sunt. Explicit liber in fol. 96 r., sed, ut verbis Reiskii (l. l. p. 56 sq.) utar: » qui Codicem exaravit »librarius, quale synciput habuerit, inde colligas. Magnam par»tem Capitis XIV et totum caput XV bis scripsit, id est, plus »quam 150 paginas. Aut ergo fuit veterator et decepit suum »μισθοδότην, aut pro capite cucurbitam habuit." Nimirum

1) Cf. Weijers in *Orient.* II, p. 178.

in folio isto 96 r., ubi libri finis esse debebat, non maiori interiecto spatio quam quo singula capita inter se divisa sunt, incipit caput quod Wüstenfeld tamquam 28 libri XIV notavit. Tum, praeter 32 et 35, deëst 34, sed 39 non deëst. Fol. itaque 102 v. iterum occurrit XIV, n. 46, quod caput excipere ultimum prioris voluminis librarius in margine annotavit. In altero itaque hoc exemplo reverâ desunt n. 47 et 52. In libri XV etiam deëst n. 5; desiderantur n. 9 et 15; hîc etiam n. 20 post n. 24 positus est; n. 26 hîc desideratur, sed offertur caput de الشريف الكحال; 36 et 37 non desunt; non deëst 44; post n. 54 etiam hîc caput de eius filio sequitur.

Codex, qui recentioris videtur aetatis, anni notâ caret.

Alia exempl.: Paris. 756, 757, 873; Mus. Brit. 373; Bodl. (Uri) 701, 709, 770, 793, (Nic.) 134, 143 et 144; Lee 93; Caes. Vindob. 148 (ap. Flügel in *W. Jahrb.*, 97, *Anz.-Bl.*, p. 22); Goth. 426; Mus. Asiat. Petr.

DCCCLXXXVIII. (Cod. 133 *d* Gol.)

Titulus: هذا تعليق من كتاب منتخب صوان الحكمة

Liber صوان الحكمة Hádjí-Khalífae ignotus erat. Quodsi Urii *Catalogo* (p. 121, n. 484, ubi pro صنوان legendum est صوان) fides habenda esset, exemplar huius libri servaretur in Bibl. Bodl., auctoremque haberet al-Baihakíum Abu-'l-Kásimum Dhahíro-'d-dínum. In nostro Codice (v. p. 73) haec leguntur: هذا اخر ما وعدنا من الاختصار كتاب صوان الحكمة، من كتاب تتمّة صِوان (vocalis in Cod. add.) الحكمة من تاليف الامام ظهير الدين ابى الحسن بن ابى القسم البيهقى قدس الله روحه قال بعد الخطبة والصدر ها انا ذا ناسِخٌ فى تصنيفى هذا على منوال مصنف كتاب صوان الحكمة وهو ابو سليمان محمد ابن طاهر بن بهرام السِّجزى وذاكِرٌ من تواريخ الحكماء وفوائدهم ما قرب غروب نجومه فى غارب النسيان والله المستعان. Ex qui-

bus verbis iam haec patent: Liber *Ciwáno 'l-hikmah* compositus est ab *Abu-Solaimán* Mohammed ibn-Táhir ibn-Bahrám as-Sidjzí, vel, quae alia nominis relativi est forma, *as-Sidjistání*. — Erat hic philosophus et medicus qui quarto Hidjrae saeculo florebat [1]. — Appendicem ad hunc librum scripsit Imámus Dhahíro-'d-dín Abu-'l-Hasan ibn-Abí-'l-Kásim al-Baihakí, de quo viro nihil memoriae proditum reperi. Accuratius itaque examinato Codice Bibl. Bodl., apparebit sine dubio, utrum *ipsum Çiwáno 'l-hikmah*, an vero appendicem offerat; fortasse utrumque opus continet.

Noster igitur Codex primo loco *Excerptum ex Compendio libri Ciwáno 'l-hikmah* continet, factum ab Abu-Ishák Ibráhím at-Tibrízí, qui vulgo al-Gadhanfar (الغضنفر) vocatur [2] (vide Codicis p. 70). Exponitur de philosophiae primordiis [3], de antiquis philosophis eorumque placitis; (p. 68) de Abu-Solaimán al-Sidjistání, (p. 69) Abu-'l-Fadhl al-Kommí [4], Abu-Tammám an-Naisáburí, Abu-Ishák aç-Çábí, غلام زحل وابن بيلس (غلام زحل est Abu-'l-Kásim Abdolláh ibno-'l-Hasan, auctor libri الجامع الاكبر, ut discimus ex annotatione al-Gadhanfari, quae, dimidiam implens paginam, incipit a verbis قال الناقل وهو الغضنفر et desinit (sic) غضنفر أخر قول مولانا التبريزى رحمه الله), (p. 71) Abu-Alí Ahmed ibn-Mohammed ibn-Miskawaih, (p. 72) Abu-'l-Khair al-Hosain ibn-Sowár, Abu-Solaimán al-Mokaddasí له الرسائل الاحدى الخمسون المسماة

---

1) V. Wüstenfeld, *Geschichte der Arabischen Aerzte*, p. 58, n. 114. In ipso de quo agimus Codice (p. 68 vs. 4 a f. et 69) exstat paragraphus de hoc viro.

2) Quod ad hunc virum attinet cf. infra, inter astronomos, Codicem qui eius Appendicem ad al-Bírunii Catalogum continet.

3) Post titulum, quem iam descripsi, prima verba sunt: قيل ان للفلسفة مبدا اخر غير المبدا المنسوب الى ثالس الخ

4) Erat aequalis Abu-Alii Ahmed ibn-Miskawaih, de quo, anno 421 mortuo, v. Wüstenfeld, l. l. p. 64, et nostrum Codicem p. 71.

رسائل اخوان الصفا (cf. H.-Kh. III, p. 460). In pag. 73 desinunt Excerpta ex Compendio libri *Ciwáno 'l-hikmah.* — Notandum est, in eo de ipso libri auctore peculiari agi paragrapho.

Secundo loco (p. 73 med.) sequuntur excerpta ex Appendice (تتمّة) ad librum *Ciwáno 'l-hikmah*, quae de viris exponunt his: Honain ibn-Ishák, Thábit ibn-Korrah, Mohammed ibn-Zakaríyá ar-Rází, Abu-'l-Hasan al-Bistámí, Abu-'l-Khair al-Hosain ibn-Bábá ibn-Sowár ibn-Bahnám al-Bagdádí (de quo in priori operis parte etiam agitur), Jahjá ibn-abí-Mançur, Mohammed ibn-Djábir ibn-Sinán ibn-Thábit ibn-Korrah, (p. 74) al-moallim at-thání Abu-Naçr al-Fárábí, Abu-Hámid Ahmed ibn-Ishák at-Isfazárí, Abu-'l-wafá al-Buzadjáni, Abu-Alí ibno-'l-Haitham, Abu-Sahl al-Kuhí (الكوهى), Abu-Mohammed al-Adlí (العدلى) al-Kájiní, Ibn-Alam (اعلم) as-Scharíf, Kuschjár al-Djílí, Mohammed ibn-Aijub at-Tabarí, Abu-'ç-çakr Abdo-'l-azíz القبيصى, (p. 75) Abu-'l-Faradj Alí ibno-'l-Hosain ibn-Hind, Abu-Sahl al-Masihí, Jahjá ibn-Adí, Bahman-Jár ibno-'l-Merzobán, Abu-Mançur al-Hosain ibn-زيله al-Içfahání, Abu-Obaid al-Djauzadjání, Abu-Abdolláh al-Maçumí (المعصومى), Abu-'l-Hasan al-Anbárí, Ismáil al-Harawí, Abu-Sahl an-Nilí, Ibráhím ibn-Adí, Abu-'l-Hasan Alí ibn-Ahmed الحشوبى, Abu-'l-Kásim Abdo-'r-rahmán ibn-abí-Çádik, al-ostádh al-mokhtaçç النسوى, Adhado-'d-dín Aláo-'d-daulah Ferámorz ibn-Alí, (p. 76) Imámus Omar al-Khaijámí, Abu-'l-maálí Abdolláh ibn-Mohammed al-Majánadjí, Abu-Hátim al-Modhaffar al-Isfárí, Abu-'l-Abbás al-Lukarí, al-kádhí Abdo-'r-razzáq الصعنانى (sic), Scharafo-'z-zamán al-Iláki (الايلاقى), Zaino-'d-dín Omar ibn-Sahlán, (p. 77) Abu-Sad at-Tibrizí, Abu-'l-Haitham al-Buzadjáni, Abu-'l-Hasan al-Abrísami, Abu-Modhar Mahmud ibn-Djarír ad-Dhabbí al-Isfahání, Mohammed ibn-Abdo-'l-karím as-Schahrastání, Abu-'l-barakát ibn-ملكا, Baháo-'d-dín al-Horaki, Aino-'z-zamán al-Hasan al-Kattán al-Marwazi, Abdo-'r-

rahmán al-Kházin, Zaino-'d-dín Ismáil ibno-'l-Hasan al-Djordjáni.

Tertio denique loco sequuntur excerpta ex *Risálâ* quae addita est Appendici operis *Ciwáno 'l-hikmah*. Brevi enim expositioni de vitâ Zaino-'d-dini al-Djordjáni adiecta sunt verba ويذكره تمّ الكتاب. Tum in Codice haec sequuntur verba, quae tamen non ab al-Gadhanfaro, sed ab ignoto illo epitomatore libri *Ciwáno 'l-hikmah* profecta esse arbitror: من الرسالة الملحقة بكتاب تتمة صوان الحكمة التى وعدتها فى اول الجزو المختصر من كتاب صوان الحكمة واوردت فيها بعض فوائد الحكماء واشعارهم ليكون الكتاب اجمل وابتدات بذكر المعلم الثانى ابى نصر الفارابى قدس الله روحه. Quae verba non ab al-Gadhanfaro esse profecta, vel inde patet, quod de Abu-Naçr al-Fárábí hîc prorsus tacet, et statim ad Abu-Alí ibn-Siná transit. In Excerptis itaque ex hac epistolâ nonnulli quidem versûs, ex virorum, quos iam recensuimus, poësi desumti, offeruntur, attamen non raro nudum exstat nomen nullo versu adiecto.

Monendum restat, auctorem, in primâ et secundâ opusculi parte, potius de placitis VV. DD. quam de eorum vitâ exposuisse, at hanc tamen etiam saepius ab eo egregie esse illustratam. Margo ubique annotatione est operta, quae itidem, magnâ certe ex parte, ex *Ciwáno 'l-hikmah* huiusque libri Appendice desumta videtur.

In fine haec leguntur: ثم ختم الرسالة بذكر شهاب الدين السهرودى وبطرف من اشعاره وباتمامها تم الكتاب والسلم وجدنا هذه التعليقات التقطها افضل المتقدمين [1] والمتاخّرين ابو اسحق الغضنفر قدس الله نفسه ونقلنا كما وجدناها فى سنة ٩٩٣ كتبها ابن

1) Sic in Codice scriptum videtur, attamen de lectione non plane certus sum.

الغلام. Sed in p. 79 adhuc quaedam leguntur de Schihábo-'d-dín as-Sohrawerdí, adiecto librorum huius viri catalogo, et in fine haec verba leguntur: هذه تمت التعليقات والحواشى الحواشى ايضا وجدنا بخط مولانا الشهير التبحّر افضل المتاخّرين فيلسوف الروم [1] فخر الدين ابرهيم الغضنفر قدس الله نفسه العزيز وعلقنا فى حواشى الرسالة ولله الحمد وبجب أن تضمن فى الرسالة هذه ☆

Haec Excerpta Codicis nostri p. 66—79 implent; satis nitide, ut reliqua quae Codex offert, descripta sunt anno 692 ab Ibno-'l-Golám, discipulo al-Gadhanfari.

DCCCLXXXIX. (Cod. 133 6 Gol.)

Titulus in nostro Codice est: هذه رسالة للشيخ الحكيم الفاضل المعظم ابى ريحان محمد بن احمد البيرونى روّح الله رمسه وقدّس نفسه فى فهرست كتب محمد بن زكريا الرازى ☆

In fine legitur: تمت الرسالة للاستاذ المعروفة بالفهرست.

Abu-Raihán Mohammed ibn-Ahmed al-Bíruní (qui propter insignem astronomiae, philosophiae et medicinae peritiam inclaruit, diu in Indiâ versatus est, per postremam vitae partem in aulâ Gaznewidarum degit et anno 430 diem supremum obiit [2]) hunc Catalogum scriptorum celebratissimi philosophi et medici Abu-Bekr Mohammed ibn-Zakaríjá ar-Rázi (+ 313 [3]), invitus, sed repetitis viri cuiusdam, in cuius usum libellus compositus

1) Sic in Cod. scriptum videtur, sed non perspicue.

2) Vide Wüstenfeld, *Geschichte der Arabischen Aerzte*, p. 75; Reinaud, *Fragments arabes et persans relatifs à l'Inde*, p. XI.

3) Vide Wüstenfeld, l. l., p. 40 sqq. Alii dicunt, eum mortuum esse anno 320, quod probabilius putat Wüstenfeld; sed secutus sum al-Bíruníum qui, in ipso de quo agimus libro, eum anno 313 mortuum esse tradit.

est, precibus commotus, composuisse videtur; etenim in praefatione ait: nisi mea erga te reverentia me ad hunc Catalogum componendum impulisset, profecto eum non composuissem; nam scio, ar-Rázii adversarios hanc ob rem odio me habituros et ad eius sectam pertinere putaturos. Recenset deinde quaenam isti adversarii ar-Rázío obiiciebant, et dictum refert: ar-Rází hominum opes, corpora et religionem corrupit (قد افسد الرازى على الناس اموالهم وابدانهم واديانهم). Expositâ vitâ ar-Rázii, al-Bíruní (Cod. p. 35) primum libros ar-Rázii de medicinâ, (p. 36) de physicâ (الطبيعيات), de logicâ (المنطقيات), (p. 37) de disciplinis mathematicis et de astronomiâ (الرياضيات والنجوميات) recenset; tum eius Commentarios in aliorum libros et aliorum librorum quae confecit compendia (inter quae est Compendium Plutarchi, تلخيصه لكتاب فلوطرخس); deinde eius libros de philosophiâ et de disciplinis incertis (فلسفية وتخمينية), de metaphysicâ (ما فوق الطبيعة), theologiâ (الالهيات), (p. 38) alchymiâ, et denique illos quos contra religionem scripsit (الكفريات) illosque in quibus varias tangit disciplinas.

Quum al-Bíruní sic uno desiderio viri, cuius rogatu libellum composuit, satisfecisset, alteri etiam morem gessit; rogaverat nempe al-Birunium ut de antiquis medicis exponere vellet; et quum auctor sibi in memoriam revocaret, virum illum aliquando ab ipso Catalogum librorum quos composuisset, poposcisse, subiungit Catalogum illorum operum quae usque ad finem anni 427 — noster itaque libellus verosimiliter anno 428 compositus est — ediderat, annos tunc 65 lunares, 63 solares, natus. In hoc itaque Catalogo, al-Bíruní (p. 42) calendaria, (43) libros suos de longitudine et latitudine regionum, (44) arithmeticos, de radiis luminum, de instrumentis eorumque usu, de chronometriâ, (45) de cometis et deinde de universâ astronomiâ, (46) fabulas Milesias (in quibus est *Wámik wa Adhrá*) et libros dogmaticos enumerat, addito saepe foliorum

numero quo quisque constabat. Deinde sequuntur ii quorum exemplarvel تسويد auctor non amplius possidebat.

Libellus, qui 16 paginas complectitur (p. 33—48) quemque H.-Kh. non commemorat, in nullâ aliâ, quantum scio, Europae Bibl. invenitur. De Codicis habitu vide supra ad n. DCCCLXXXVIII et appendicem vide inter astronomos.

---

21. VITAE PROPHETARUM, VIRORUM SANCTORUM ET THEOLOGORUM.

DCCCXC. (Cod. 111 Gol.)

قصص الانبياء, notus liber qui vulgo al-Kisâío tribuitur. Recens et pessimum hoc est exemplar, initio et fine destitutum. Alia: Paris. 620, 764 et (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 90) 63; Mus. Brit. 351; Bodl. (Uri) 127, 756, 833 (1), (Nic.) 123, 148, 149, 190; cf. Lee 2, Caes. Vind. (Rzew.) 67, et Dresd. 128; Vatic. 241.

DCCCXCI. (Cod. 1188)

Hic liber initio et fine caret. Est historia virorum piorum sanctorumque, et in summâ parte cuiusdam folii recentiori manu scriptus est titulus: صفوة الصفوة. Liber qui hoc titulo insignitus est, est Compendium, ab Abu-'l-Faradj ibno-'l-Djauzí (†597) factum, libri Abu-Noaimi Ispahanensis c. t. حلية الاولياء, sed collatis iis quae Hádjí-Khalífah (III, p. 110 sq.) monuit, verosimilius mihi videtur, non *compendii* sed *ipsius operis* Abu-Noaimi fragmentum hoc Codice contineri; etenim longae traditionariorum series, quas epitomator omisisse videtur, in nostro Codice leguntur. Caeterum scriptoris aetas cum aetate Abu-Noaimi, qui anno 430 obiit, convenit; refert enim, ut hoc exemplo utar, auctor alicubi verba quibus al-Khansá, Amri filia, quatuor filios, ex ipsâ natos, allocuta est, quum proelium al-Kádisíjae in eo esset ut committeretur, et hac opportunitate *no-*

vem nominat traditionarios quorum alter alteri haec verba retulerat. Inter illos viros a quibus plerasque quas refert historias acceperat, sunt Abu-Becr Mohammed ibn-Abdolláh ibn-Habíb al-Amirí (العامرى), Mohammed ibn-abí-Mançur, Mohammed ibn-Abdo-'l-bákí, Ahmed ibn-Ahmed al-Motawakkilí et Abdo-'l-wahháb al-Anmátí. Narrat historiolas de permultis eremitis qui in variis regionibus vivebant; nuspiam vero auctorem de Hispaniâ agentem inveni.

Codex, 69 foliis formae maximae constans, pervetustus est et charactere Africano exaratus.

Pertinet ad Codices qui in antiquis Catalogis ex Mauritaniâ allati dicuntur.

DCCCXCII. (Cod. 1337)

„رَوْضُ ٱلرَّيَاحِين، فِى حِكَايَات ٱلصَّالِحِين" auctore Abdolláh ibn-Asad (اسعد) al-Jáfií (+ 768).

Hic liber, 500 historiolas virorum piorum et sanctorum continens, ex decem imprimis scriptoribus haustus est, quos compilator in praefatione nominat. Prolegomena in duo capita divisa sunt, quorum primum agit فى شىء من فضائل الاولياء والصالحين، والفقراء والمساكين, secundum فى اثبات كرامات الاولياء، السادات الاصفيا". Conclusio itidem in duo capita divisa est, et accedit ختام الخاتمة. Desunt in hoc exemplarí narrationes 267—369.

Codex anno 988 exaratus est.

Olim Adriani Relandi, emtus est Amstelodami in auctione publicâ.

DCCCXCIII. (Cod. 1524 Testa)

Alterum exemplar eiusdem libri, cui ab initio pauca desunt. Anni nota addita non est.

Alia exempl.: Paris. 70 (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 90, *Anz.-Bl.*, p. 13); Bodl. (Ouseley) 674; Escur. 752; Mus. Asiat. Petr.

DCCCXCIV. (Cod. 1525 (5) Testa)

Titulus in Codice est: كتاب فيه اخبار الصالحين، واقتفاء اثار المتوكلين". Auctorem indicatum non video, incipitque, nullâ doxologiâ praemissâ, a verbis: منهم ابو الحسين بن بنان — من كبار مشائخ مصر. Continet vitas virorum piorum (Çufiorum), quorum plerique saeculo quarto in Persiâ florebant, magnamque offert convenientiam cum as-Scharánii (+ 973) opere c. t. "لواقح الانوار، في طبقات الاخيار", quod exstat in Bibl. Goth. 419, Caes. Vind. (Hammeri) 235 et in Museo Asiat. Petr.; at huius libri Indice, quem Hammerus edidit, cum nostro Codice comparato, patet, Codicem de quo agimus non plane cum illius parte in quâ de iisdem fere viris agitur, convenire.

Codex anni notâ caret, sed recens est.

DCCCXCV. (Cod. 579 Warn.)

Titulus (in inscriptione et in praefatione): طبقات الخواصّ، اهل الصدق والاخلاص". Auctor est: Schihâbo-'d-dín Ahmed ibn-Ahmed ibn-Abdo-'l-latíf as-Schardjí al-Hanefí al-Jemaní, qui anno 812 natus est [1], et anno 893 Zebídi obiit [2].

Liber, ut recte observat as-Sakháwí [3], agit de iis tantum piis viris, imprimis de Çufiis, qui in Jemanâ floruerunt. Auctor enim in praefatione ait, se complures libros de Çufiis legisse, veluti:

كتاب الرسالة للامام ابى القسم القشيرى، كتاب العوارف للشيخ شهاب الدين السهوردى، طبقات الصوفية للشيخ ابى عبد الرحمن السلمى، مناقب الابرار لابن خُمَيْس

1) As-Sakháwí, Cod. 369 *b*.

2) Id. et Hádjí-Khalífah, IV, p. 138.

3) له ايضا طبقات الخواص الصلحاء من اهل اليمن خاصّة.

sed queritur, se in nullo horum librorum Çufios Jemanae commemoratos invenisse (فلم ار احدا منهم تعرّض لذكر احد من اهل اليمن من السادة الصوفية الصادقين، والعلماء العاملين الزاهدين), quandoquidem scriptores isti tantum de Syris, Irákensibus, Magribinis caet. agant; cuius rei causa e scriptorum ignorantiâ est repetenda, nam inter Jemanenses egregii fuerunt Çufii, caeterarum regionum Çufiis non inferiores. Placuit igitur auctori nostro, peculiari libro de civibus suis agere; quâ in re libri parvum tantum auxilium ei attulerunt; nam, ut iam dixit, in libris de Çufiis Jemanenses non memoratos invenit, et quae praeterea apud historicos invenit, brevia erant et tantum in transitu narrata. Consuluit tamen libros al-Jáfiíi, historias al-Djondíi, Ibn-Abdo-'l-hamídi, al-Khazradjíi, aliorumque. Nactus est historiam fakíhi Hosain al-Ahdal (الاهدل), librum schaikhi Jahjá al-Marzukí, in quo hic complures schaikhos e gente Benu-Marzuk commemoravit, كرامات schaikhi Ismáílis al-Djabartí, كرامات schaikhi Talhah الهتار, كرامات schaikhi Abu-Becr ibn-Hassán الى غير ذلك من التعاليق والفوائد. His monitis, liber (fol. 3 v.) paragraphum offert quae inscripta est: فصل فى كرامات الاوليا وثبوتها بالكتاب والسنة. Tum auctor dicit, se de Çufiis qui tunc temporis adhuc vivebant, taciturum, locuturum vero etiam de illis viris piis qui Çufii non erant; ولم اقصد بهذا الكتاب افراد السادة الصوفية فقط فان اسم الولاية يشملهم ويشمل غيرهم ۞

Lexicon biographicum incipit fol. 7 v. Versus libri finem et absoluto lexico, haec leguntur: فصل اعلم يا اخى انى قد بلغت الجهد وبالغت فى البحث عن احوال هؤلاء نفع الله بهم حتى انى لم ادع من له ادنى كرامة او مكرمة الا ذكرته وقد بقى جماعة لم اذكرهم لعدم تحقّق احوالهم او لعدم معرفة

أسمائهم او اسماء اباتهم فذكرتهم فى هذا الفصل على سبيل الاجمال فمن ذلك ما يحكى عن الخ ۞

Ipse liber absolutus est die 4° mensis Schawwál anni 867, ut patet ex *auctoris* subscriptione, quam librarius nostri Codicis descripsit. Hic vero noster Codex, unicus in Europâ, in usum viri cuiusdam nobilis, ut videtur, a librario Turcâ exaratus est anno 1004.

DCCCXCVI. (Cod. 1284 (1) Schult.)

Fragmentum vitae as-Schâfiíi, auctoris nomine, titulo et fine carens, et 19 constans paginis. Liber incipit a verbis: الحمدُ لله الذى رفع العلماء الى اشرف المناصب. Post doxologiam: قال اصحاب التاريخ ولد الامام الشافعى رضه بغزة من بلاد فلسطين ومات عنه ابوه الخ ۞

DCCCXCVII. (Cod. 73 *b* Gol.)

طَبَقَاتُ ٱلشَّافِعِيَّة auctore Tádjo-'d-dín Abdo-'l-wahháb *ibno-'s-Sobkí* (+771).

Hádji-Khalífah, in voce طبقات الشافعية (IV, p. 139 sqq.), tradit, Ibno-'s-Sobkíum tres huius operis redactiones edidisse, magnam scilicet, mediam et parvam. Quamnam ex his noster Codex offerat, certo mihi pateret, ni fallor, si primum volumen inspicere possem; sed hoc, proh dolor! iam tunc defuit quum Hamakerus anno 1817 Codicibus Orientalibus praeficeretur. Quia autem vitas virorum, qui literarum studio vel reipublicae administratione inclaruerunt atque ad as-Schâfiíi sectam pertinebant, satis copiose exponuntur, verosimile est, nostrum Codicem magnam offerre redactionem.

Auctor opus in septem *Classes* divisit, saeculi quo quisque mortuus est ratione habitâ, et in quâvis classe primum de iis exposuit quibus nomen erat Ahmed, tum de iis quorum nomen

erat Mohammed; caeteri ex ordine literarum alphabeti enumerantur; agmen claudunt ii quorum nomina propria ignorantur et *konjâ*-tantum noti sunt.

Huius voluminis initium versatur in mediâ classe quartâ; recensentur nempe ibi ii viri qui saeculo quinto obierunt; ex quâ classe ii quorum nomen est Ahmed vel Mohammed, iam in praecedenti volumine enumerati videntur. Ex nostro Codice primum folium olim excidit, quum thesauris nostris iam erat adiunctus: manu enim antiquioris cuiusdam viri docti, Golii fortasse, ea pagina quae nunc prima est, tamquam secunda signata est. Initium versatur in vitâ Abu-Ishâki as-Schírází exponendâ; deinde de his agitur viris: ١٥ ابرهيم بن

محمد ابو اسحق الاسفرائنى ٢٣ ا— بن محمد ابو اسحق الطوسى
ا— بن محمد ابو اسحق المطهرى السروى ا— بن المظفر
الشهرستانى ابو اسحق اسحق بن ابرهيم ابو يعقوب القراب
اسمعيل بن احمد ابو عبد الرحمن الضرير الحجرى النيسابورى
ا— بن احمد التوكالى ا— بن ابرهيم ابو محمد الفقيه المقرى
السرخسى الهروى ✿

Post pag. 17 est lacuna, et 4 paginae excidisse videntur quum iam in nostrâ Bibl. erat Codex, nam pagina quae 17am excipit, ab antiquiori illo viro docto n. 22 signata est; haec pag. 22 versatur in vitâ Ismáilis ibn-Abdo-'r-rahmán Abu-Othmán aç-Çábuní exponendâ. Deinde agit auctor de sqq.:
٢٦ اسمعيل بن عبد القاهر ابو سعد الاطروش ا— بن على ابو
سعد الاسترابادى ٢٨ ا— بن الفضل ابو محمد الفضيلى ا— بن
مسعدة ابو القاسم من اهل جرجان بَاىّ بن جعفر ابو منصور
بديل بن على جعفر بن باى ابو مسلم الجبلى ج— بن القاسم
ج— بن محمد ابو الخير المروزى حسان بن سعيد الرئيس ابو على
المنبعى الحاجى ٢٨ الحسن بن الحسين ابو على الهمدانى

الحـ بن الحسين ابو محمد الاسترابادى ٣٩ الحـ بن عبد الله (وقيل عبيد الله) ابو على البندنجى الحـ بن عبد الرحمن الفيهى ٣٠ الحـ بن على نظام الملك ٣٦ الحـ بن على الاستاذ ابو على الدقاق ٣٧ الحـ بن محمد ابو على الرجاجى الحـ بن محمد ابو على الساوى الحـ بن احمد ابو عبد الله

p. 41 exstat nomen حسين بن عبد العزيز بن محمد, sed praeter nomen nihil de isto viro traditur, et spatium vacuum relictum est.

٤١ الحسين بن على ابن ماكولا ٤٢ الحـ بن محمد القاضى المرورودى ٤٥ الحـ بن محمد ابو على البيهقى الحـ بن محمد ابو القاسم الفارسى الحـ بن محمد ابو على الدلفى المقدسى البغدادى الحـ بن محمد ابو عبد الله الخناطى ٤٧ الحـ بن محمد الطبرى ابو عبد الله الكشفلى الحـ ابن محمد ابو عبد الله القطان ٤٨ حمد بن محمد ابو عبد الله الزبيرى حكيم بن محمد ابو محمد الذيمونى رافع ابن نصر ابو الحسن البغدادى روح بن محمد ابو زرعة الرازى زهير بن الحسن ابو نصر السرخسى سالم بن عبد الله ابو مَعْمَر الهروى ويعرف بغُولجه ٤٩ السرى بن ابى بكر اسمعيل ابو العلا الجرجانى سرخاب بن يوسف ابو طاهر البريدى سعد بن عبد الرحمن ابو محمد الاسترابادى سعد بن على ابو منصور العجلى الاسترابادى سعد بن على ابو القاسم الزنجانى ٥٠ سعد ابن ابى سعد محمد ابو المحاسن الجولكى سعيد بن عبد العزيز ابو سهل النيلى سليم بن ايوب ابو الفتح الرازى ٥١ سهل ابن احمد ابو الفتح الارغيانى سهل بن احمد ابو عبيد الطوسى

ثم الابيوردى سهل بن محمد ابو الطيب الصعلوكى ٥٥ شعبان
ابن الحاج ابو الفضل من اهل شروان شهفور بن طاهر ابو المظفر
الاسفراينى طاهر بن احمد ابو الحسين المحمودى طاهر بن
عبد الله ابو الطيب الطبرى ٦٦ طاهر بن عبد الله ابو الربيع
الايملاكى ط — بن محمد ابو عبد الله البغدادى ظفر بن
مظفر ابو الحسن الحلبى العباس بن محمد ابو محمد العباسى
يعرف بابن الرحا عبد الله بن احمد القفال الصغير المروزى
٦٩ ع — بن ابرهيم ابو حكيم الخبرى ٧٠ ع — بن جعفر الجبلى
ع — بن طاهر ابو القاسم التميمى ع — بن عبد الرحمن النيهى
ع — بن العباس — بن عبدوس ع — بن عبدان ابو الفضل
٧١ ع — بن عبد الكريم ابو سعد القشيرى عبد الله بن على
ابن اسحق اخو الوزير نظام الملك ابو القاسم ع — بن على ابو
محمد السنى ع — بن على ابو القاسم البحابى (sic) ع — بن
محمد ابو القاسم الرازى ٧٢ ع — بن محمد بن سالم ع — بن
محمد ابو محمد الاصفهانى المعروف بابن اللبان ع — بن
يوسف الجوينى الشيخ ابو محمد ٧٩ ع — بن يوسف القاضى ابو
محمد الجرجانى ع — بن ابى نصر ابو بكر الطرازى عبد الباقى
ابن يوسف ابو تراب المراغى عبد الجبار بن احمد ابو الحسن
الهمدانى ٨٠ ع — بن على ابو القاسم الاسفراينى عبد الجليل بن
عبد الجبار الماوردى ابو المظفر عبد الرحمن بن احمد السرخسى
النويزى ابو الفرج الزاز ٨١ ع — بن احمد ابو احمد الشيرنخشيرى
ع — بن الحسين العندجانى ابو احمد ع — بن عبد الله ابو
بكر ع — بن عبد الكريم بن هوازن ابو منصور القشيرى ع — بن
مامون ابو سعد المتولى ٨٢ ع — بن محمد ابو زيد ع — بن

محمد ابو القاسم الفورانی ۸۴ ع ـ بن محمد ابو القاسم الخرقی
ع ـ بن محمد ابو سعید العارض ع ـ بن محمد ابو القاسم
القرشی النیسابوری السرّاج ع ـ بن محمد النیسابوری ابو سعد
ع ـ بن محمد ابو الحسن الداودی البوسنجی ۸۵ عبد السلام
ابن اسحق الحامدی الآفرانی ع ـ بن محمد ابو یوسف
القزوینی ۸۶ عبد السید بن محمد ابو نصر بن الصباغ ۸۷ عبد
الغفار بن عبید الله التمیمی ابو سعد شیخ همدان ۸۸ عبد
الغنی بن نازل الالواحی ابو محمد عبد القاهر بن طاهر
ابو منصور البغدادی ۹۲ عبد القاهر بن عبد الرحمن ابو بکر
الجرجانی النحوی ۹۳ عبد الکریم بن احمد الطبری ابو عبد
الله الشانوسی ع ـ بن عبد الصمد ابو معشر الطبری ع ـ بن
هوازن النیسابوری الاستاذ ابو القاسم القشیری ۹۷ ع ـ بن یونس
ابو الفضل الازجاهی عبد الملک بن ابرهیم ابو الفضل الهمدانی
الفرضی المقدسی ع ـ بن عبد الله ابو الحسین المصری ع ـ بن
عبد الله الجوینی النیسابوری امام الحرمین ابو المعالی ۱۱۰ عبد
الله بن محمد ابو سعد بن ابی عثمان الخرکوشی ۱۱۱ عبد
الواحد بن احمد الدسکری ابو سعد ع ـ بن عبد الکریم الاستاذ
ابو سعید بن الاستاذ ابو (ابی 1.) القاسم القشیری ۱۱۲ ع ـ بن
محمد ابو القاسم البجلی عبد الوهاب بن علی ابو حنیفة الفارسی
ع ـ بن محمد ابو محمد الفرج الغامی الشیرازی ع ـ بن محمد
ابن رامین البغدادی ابو احمد ع ـ بن منصور ابن المشترق
الاهوازی عبید الله بن احمد ابو القاسم الرقی ابن الحرانی
ع ـ بن احمد ابو القاسم الازهری ع ـ بن سلامة ابو محمد
الکرخی ع ـ بن عمر المقری ابن البقال ۱۱۳ عزیری بن عبد

الملك ابو المعالى ويلقب شَيْدلة علي بن احمد ابو الحسن
النعيمي ١١٤ علي بن احمد الطبري الرويانى ع بن احمد
الواحدى المفسر النيسابورى ١١٥ ع بن احمد السهيلى ابو
الحسن الاسفراينى ع بن احمد النسوى ابو الحسن ع بن
الحسن ابو القاسم ابن المسلمة وزير القائم بامر الله ١١٧ علي بن
الحسن ابو الحسن الخلعى ١١٨ ع بن الحسن المهانجى
ع بن الحسن ابو الحسن الباخرزى الاديب علي بن سعيد
ابو الحسن العبدرى ١١٩ ع بن سعيد الاصطخرى ابو الحسن
ع بن سهل ابو الحسن المفسر من اهل نيسابور ع بن عمر
ابو الحسن ابن القزوينى ١٢١ ع بن محمد المحاملى ابو القسم
ع بن محمد العراقى ع بن محمد ابو الحسن الماوردى
١٢٥ ع بن محمد ابو حيان التوحيدى ع بن محمد
المصيصى ابو القاسم ع بن محمد ابو الحسن الشيرازى
١٢٦ ع بن محمد ابو الحسن الطبرى الاملى ع بن محمد
ابو القاسم ع بن محمد الجوينى ابو الحسن الطلجى
الكوفى ع بن محمد (وقيل علي بن احمد) ابو الفتح
البستى ١٢٧ ع بن المظفر العلوى الحسينى ابو القاسم
١٢٨ ع بن يوسف ابو الحسن عمّ امام الحرمين عمر بن ابرهيم
الزهرى ع بن احمد الحافظ ابو حازم العبدوى الاعرج ع بن
عبد العزيز الفاشانى المروزى ابو طاهر ع ابن عبد الملك ابو
القاسم ع بن علي ابو حفص الزنجانى ١٢٩ ع بن محمد
ابو المعالى المعوذ بن القاضى البسطامى غانم بن عبد الواحد
ابو سكر الاصفهانى الفضل بن احمد الزهرى البصرى الف بن
محمد ابو بشر الجرجانى الف بن محمد ابو علي الفارمدى

فضل الله بن احمد ابو سعيد بن ابى الخير ١٣٠ الفضيل
ابن يحيى ابو عاصم الفضيلى الهروى القاسم بن جعفر القاضى
ابو عمر الهاشمى المبارك بن محمد ابو الحسين بن السوادى
الواسطى محمود بن الحسن ابو حاتم القزوينى ١٣٢ محمود
ابن سبكتكين السلطان الكبير يمين الدولة ١٣٥ مـ بن القاسم
القاضى ابو عامر الازدى الهروى

Sequuntur hîc quatuor viri quorum nuda nomina traduntur, nempe: المرزبان تاج الملك مسدد بن محمد بن علكان مظفر
ابن عبد الملك ابو القاسم بن امام الحرمين معمر بن احمد
ابو منصور اللنبانى الاصفهانى

De sequentibus fusius agit auctor:

المفصل بن ابى سعد ابو معمر الجرجانى مكى بن عبد
السلام ابو القاسم الرميلى الحافظ ١٣٦ منصور بن عمر ابو القاسم
الكرخى مـ بن محمد ابو المظفر بن الامام ابى منصور بن
السمعانى ١٣٩ مهدى بن على الاسفرايينى ابو عبد الله
١٤٠ ميمون بن سهل الواسطى

De Nácir ibn-Ahmed Abu-Naçr at-Tusí et Nácir ibn-Ismáíl praeter nomina nihil traditur. ناصر بن الحسين الشريف العمرى
ابو الفتح القرشى المروزى نصر بن ابرهيم ابو الفتح المعروف
قديما بابن ابى حائط المشهور الآن بالشيخ نصر الزاهد ١٤١ نصر
ابن بشر العراقى ابو القاسم نصر بن ناصر العمرى ابو المظفر هبة
الله القاضى بن ابى عمر محمد هياج بن عبيد الهيثم بن
احمد ابو الفرج القرشى

De tribus ultimis praeter nomen nihil traditur. يوسف بن

احمد بن كج ابو القاسم الدينورى يوسف بن على الزنجانى
يـ بن محمد الشيخ ابو يعقوب الابيوردى (nomen tantum)
De ابو الحسن العبادى صاحب الرقم porro nihil traditur;
ultimo vero loco agit auctor de ابو سعد بن ابى احمد الهروى.

Hic unius classis Index sufficiat ut lectori pateat quanti pretii sit liber ad historiam literariam illustrandam. Oblatâ opportunitate, passim de variis rebus, ad historiam politicam pertinentibus, complura tradit auctor.

Quinta classis (viri qui saeculo sexto diem supremum obierunt) incipit p. 143 et pergit usque ad p. 309, ubi *sexta* classis (viri qui saeculo septimo mortui sunt) incipit, quam p. 413 *septima* excipit..

Codex, nitidis sed minutis literis exaratus, ex auctoris autographo descriptus videtur; in subscriptione enim legitur: آخر الطبقات على ما وجد بخط المصنف. Satis antiquum esse constat, nam in fine Codicis exstat annotatio, quam qui scripsit testatur, se hunc Codicem anno 988 legisse. Continet 638 paginas formae maximae.

Operis Ibno-'s-Sobkíi aliud exemplar possidet Bibl. Escur. n. 1664 (الطبقات الكبرى) (primum volumen); Bibl. Paris. unum possidet volumen *Classium maiorum*, quod literam عين complecti legitur, n. 860; Bodl. (Uri) 667 et 747 (coll. II, p. 620); uterque Codex continet الطبقات الوسطى; tertium in Bibl. Bodl. exempl. est (Uri) 727.

DCCCXCVIII. (Cod. 532 Warn.)

„اَلْعِقْدُ اَلْمُذَهَّب، فِى طَبَقَاتِ حَمَلَةِ اَلْمَذْهَب“ auctore Sirádjoddín Abu-Hafç Omar ibn-Alí, qui nomine Ibn-abí-'l-Hasan annahwí (vide titulum nostri Codicis), sed imprimis nomine Ibno-

'l-Molakkin inclaruit.[1] Legitur huius viri vita apud as-Sakháwí, Ms. 369 *a*, p. 279—284 (cf. etiam Compendium huius operis, Ms. 518, p. 118). Genere Hispanus, natus est al-Káhirae mense Rebí I anni 723, ibique anno 804 diem supremum obiit.

Praeter Hádji-Khalífam (IV, 233) imprimis de hoc opere conferendus est Nicoll (p. 122), qui divisionem operis indicavit.

Ibno-'l-Molakkini opus 190 foliis constat; in folio vero 191 r. auctor testatur, se die 13 m. Dhu'l-Kadah anni 762 huius operis تبييض absolvisse, quem inchoavisset initio mensis Schawwáli anni supra dicti; eius مسوّدة inchoaverat die 12 mensis Schawwáli 753. At praeterea ait, se opus appendice auxisse et compluribus ex discipulis diploma (اجازة) dedisse, quo iis permitteret cum ipsum librum tum appendicem aliis praelegere, et praeterea alia a se composita opera, quorum titulos, hac oblatâ opportunitate, memorat. Numero sunt 60. Absoluto hoc Catalogo, suam vitam enarrat, quam excipit annotatio, a librario profecta, ex quâ discimus, Codicem descriptum esse ex alio fide digno (معتمدة), ex auctoris autographo descripto anno 792, auctorisque notâ ornato, quâ testaretur, Codicis librarium eius partem coram ipso legisse. De appendice (fol. 192 r. — 221 v.) etiam egit Nicoll (l. l.).

Ex iis quae monui iam satis patet, hunc antiquum Codicem magni esse pretii, quamquam scriptura valde incomta est.

---

1) Pater huius viri docti, Hispaniâ relictâ, se contulit Tecrurum et deinde al-Káhiram, in quâ urbe quum in eo esset ut moreretur, filium anniculum tutelae schaikhi Isá al-Magribí commisit, viri probi, qui in templo Tuluni Coránum docebat (كان يُلَقِّنُ القرآن بجامع طولون) quique mox pueri matrem uxorem duxit; quapropter hic *Filius doctoris Coráni* appellatus est, officii viri qui eum tamquam filium adoptaverat ratione habitâ; sed ipse indignari solebat si hoc nomine compellabatur, et, quia pater linguae peritiâ innotuerat, se ipse *filium Grammatici* appellare solebat; quo nomine in Jemanae regionibus notus est. — As-Sakháwí.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-32077/fragment/page=00000318

Opus rarum est, nam praeter nostrum et Oxoniensem Codicem nullus mihi innotuit.

DCCCXCIX. (Cod. 772 Warn.)

تَاجُ ٱلتَّرَاجِمِ فِى طَبَقَاتِ ٱلْحَنَفِيَّةِ auctore Kásim ibn-Kotlubogá (+ 879).

De hoc libello egit Hammerus in *W. Jahrb.*, 73, *Anz.-Bl.*, p. 16—21, ubi eius Indicem dedit. Praeter exemplum, quod antea Hammeri fuit (n. 237), nunc autem in Bibl. Caes. Vindob. asservatur, et nostrum, tertium reperitur in Bibl. Alger. (p. 13).

DCCCC. (Cod. 814 (4) Warn.)

Titulus in Codice est: هذه رسالة فى بيان احوال السلف وطبقاتهم من العلماء الراسخين من تاليفات ابن كمال پاسا عليه الرحمة. Obiit Ibn-Kemál-Páschá (vel Kemál-Páschá-zádeh) anno 940.

Doxologiâ et praefatione carens, agit liber de viris doctis quorum nomina haec sunt:

احمد بن على ابو بكر الرازى المعروف بالجصّاص ✿ احمد ابن عمرو وقيل عمر بن امهر وقيل مهران ابو بكر الخصاف الشيبانى ✿ احمد بن محمد بن جعفر بن حمدان ابو الحسين ابن ابى بكر القدورى البغدادى صاحب المختصر ✿ احمد بن محمد بن سلامة ابو جعفر الطحاوى ✿ احمد بن محمد بن عمر ابو العباس الناطفى ✿ احمد بن محمد بن عمر ابو نصر وقيل ابو القاسم زين الدين العتابى ✿ احمد بن محمد بن ابو نصر (sic) الاقطع ✿ احمد بن ابراهيم بن يوسف شهاب الدين ابو العباس ✿ احمد بن ابراهيم بن داود المقرى الحلبى شهاب الدين ابو العباس المعروف بابن البرهان ✿ احمد بن ابراهيم (بن adde) عبد الغنى

قاضی القضاة شمس الدین ابو العباس السروجی ✿ احمد بن
الحسن شهاب الدین المعروف بابن الزرکش ✿ اسد بن عمرو ابو
عمر الفقیه الکوفی ✿ اسمعیل بن حماد بن الامام الاعظم
ابی حنیفة ✿ امیر کاتب بن امیر عمر العمید بن العمید امیر
غازی الاتقانی ✿ الجامع لقب ابی عصمة نوح بن ابی مریم
یزید بن جعونة المروزی ✿ الحسن بن زیاد اللولوی ✿ الحسن
ابن منصور ـ المعروف بقاضی خان فخر الدین ✿ الحسن بن
احمد ـ المعروف بابن امین الدولة ✿ الحسین بن علی بن
الحجاج بن حسام الدین الصغناقی ✿ الحسین بن عبد الله
ابو علی بن سینا ✿ زفر بن الهذیل بن قیس العنبری البصری ✿
عبد الله بن احمد بن محمود حافظ الدین النسفی ابو البرکات ✿
عبد الله بن محمود ـ مجد الدین ابو الفضل الموصلی ✿ عبد
الرحمن بن محمد بن ابراهیم رکن الدین ابو الفضل الکرمانی ✿
عبد العزیز بن احمد ـ شمس الائمة الحلوایی ✿ عبد الله بن
عمر بن عیسی ابو زید الدبوسی ✿ عبد الله بن الحسین ـ ابو
الحسن الکرخی ✿ عبید الله بن مسعود بن محمود صدر
الدین المحبوبی ✿ عثمان بن علی ـ فخر الدین ابو عمرو ✿
علی بن محمد فخر الاسلام البزدوی ✿ علی بن ابی بکر
الفرغانی برهان الدین المَرْغینانی الرشدانی ✿ علی بن محمد
السمرقندی ✿ عمر بن عبد العزیز المعروف بالحسام الشهید ✿
عمر بن محمد ـ جلال الدین الخبازی ✿ عمر بن اسحق
الغزنوی سراج الدین ✿ عبد العزیز بن احمد بن محمد ✿
محمد بن احمد ـ شمس الائمة ✿ محمد بن الحسن بن وقد
الشیبانی ✿ محمد بن سماعة بن عبید بن بلال بن وکیع ✿

محمد بن عبد الرحمن بن احمد الملقب بالزاهد العلاء ابو عبد الله البخاری ✿ محمد بن محمد بن عمر ابو عبد الله الحسام ✿ محمد ـ المعروف بالبرهان النسفی ✿ محمد ـ رضی الدین برهان الاسلام السرخسی ✿ محمد ـ ابو منصور الماتریدی امام الهدی ✿ محمد ـ ابو الیسر البزدوی اخ الامام علی ✿ محمد ابن محمد بن محمود البابری ✿ الزمخشری ✿ منصور بن احمد ابن یزید بن یزید ابو محمد الخوارزمی القاعانی ✿ یعقوب بن ابراهیم بن جندب ـ صاحب ابی حنیفة ✿ یوسف بن ابی بکر ـ ابو یعقوب السکاکی سراج الدین ✿

Tituli librorum, ab his viris compositorum, in singulis capitibus traduntur. Accedit in fine libri dissertatio de septem classibus in quas fakihi distribuuntur, traditurque ad quamnam singuli pertineant.

Liber, 29 paginis constans, recentiori tempore bene exaratus est.

DCCCCI. (Cod. 698 Warn.)

تبیین کذب المفتری، فیما نسب الی الامام ابی الحسن الاشعری" auctore Thikato-'d-din Abu-'l-Kásim Ali ibno-'l-Hasan ibn-Hibato-'l-láh, vulgo *Ibn-Asákir* dicto (+ 571).

Post praefationem (cuius prima pagina in nostro Codice, sine alius Codicis ope, in nonnullis locis non amplius legi potest, quia universus Codex, at imprimis eius initium, aquâ valde laesus est) incipit fol. 7 r. caput: I باب ذکر تسمیة ابی الحسن (الاشعری nempe) رحمة الله علیه ونسبه والامر الذی فارق عقد اهل الاعتزال بسببه ✿

Reliquorum capitum inscriptiones sunt:

II (14 v.) باب ما روی عن النبی صلعم من بشارته بقدوم ابی موسی واهل الیمن واشارته الی ما یظهر من علم ابی الحسن ✿

III (22 r.) باب ذكر ما رُزِق ابو الحسن رحمه الله من شرف الاصل وما ورد من تنبيه ذوى الفهم على كبر محلّه فى الفضل ☆

IV (66 r.) باب ذكر ما اشتهر به ابو الحسن رحمه الله من العلم وظهر منه من (sic; deëst aliquid) ونور المعرفة به والفهم ☆

In hoc capite (fol. 68 v.) invenitur index librorum, quos al-Aschari scripsit.

V (77 v.) باب ذكر ما عُرِف من ابى الحسن رحمه الله من الاجتهاد فى العبادة ونُقِل عنه من التقلّل من الدنيا والزهادة ☆

VI (78 v.) باب ذكر ما يُسِّر لابى الحسن رحمه الله من النعمة من كونه من خير قرون هذه الامّة ☆

VII (82 v.) باب ما وُصِف من مجانبته لاهل البدع وجهاده وذكر ما عرف من نصيحته للامّة وصحّة اعتقاده ☆

VIII (94 r.) باب ذكر بعض ما رُوِى من المنامات التى تدلّ على ان ابا الحسن من مستحقّى الامامات ☆

IX (95 v.) باب ذكر بعض ما مدح به ابو الحسن من الاشعار على وجه الايجاز فى ايرادها والاختصار ☆

Post haec novem capita, quae de ipso al-Aschari agunt, sequitur aliud in quo de eius asseclis fuse agitur, nempe:

X (101 r.) باب ذكر جماعة من اعيان مشاهير اصحابه انْ كان فضلُ المقتدِى يدلّ على فضل المقتدَى ☆

Hos in quinque classes divisit Ibn-Asákir, quarum prima eos complectitur, الذين اخذوا عنه ومَنْ ادركه ممن قال بقوله, secunda (121 v.) اصحاب اصحابه, tertia (149 v.) او تعلّم منه, quarta (163 r.) من لقى اصحابَ اصحابه واخذ العلم عنهم

المستبصرة بتبصيره وايضاحه فى الاقتداء والمتابعة, et quinta التى ادركتُ بعضها بالمعاصرة وبعضها بالروية (178 r. — 202 r.) والمجالسة. Sequuntur denique variae quaestiones et responsa caet.

Codex noster, 268 foliis quadruplicatis minoribus constans, anni notâ caret, sed eum valde esse antiquum, patet cum ex externo eius habitu, tum ex annotatione Alii ibn-Kartási, in libri fine obviâ, quâ testatur, se librum anno 659 legisse.

Duo alia huius libri exemplа in Europâ reperiuntur, nempe unum in Bibl. Bodl. (Uri 181), quod longe recentius est quam nostrum, alterum in Bibl. Escur. (n. 1796), quod, si Casirio fides, undecimo anno post auctoris mortem exaratum est. De epitome iam videndum est.

DCCCCII. (Cod. 322 (2) Warn.)

الشاش [1] المُعَلَّم، شاووش [2] كتاب المَرْهَم، المُعْلِم بشرف المفاخر العليّة، فى مناقب الائمّة الاشعريه، auctore Afifo-'d-dín Abu-'s-sijádah [3] Abdolláh ibn-Asad (اسعد) al-Jáfií, qui anno 768 vel 770 diem supremum obiit.

In praefatione auctor ait sibi placuisse, libro quem scripsisset المرهم فى الاصول الدينية [4] adiungere breviorem, qui ad illum esset introductio (ait: كتابا مختصرا كالشاووش قبله) et de Ascharitis ageret; quâ in re ducem secutus esse Abu-'l-Kásimum ibn-Asákir. Haec ille.

---

1) De voce شاش v. meum *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes*, p. 235.

2) De voce شاووش, quae variis modis scribitur, v. Quatremère, *Histoire des sultans mamlouks*, tom. I, part. 1, p. 136.

3) السداده. Vox cum in titulo, tum in subscriptione, punctis diacriticis caret.

4) Vide Hádjí-Khalífam in v. مرهم العلل المعطلة.

Est reverâ hic liber epitome illius de quo iam dixi; ordo capitum idem est eorumque inscriptiones fere eaedem; sed al-Jáfií saepe ex uno Ibn-Asákiri capite plura fecit. Quae apud Ibn-Asákirum post enumerationem Ascharitarum sequuntur, hîc omissa sunt, eorumque loco al-Jáfií notitiam dedit de centum viris illustribus qui ad Ascharitas pertinent et ab Ibn-Asákiro non commemorati fuerant; quâ in re ordinem chronologicum secutus est, et de compluribus viris retulit qui post Ibn-Asákiri mortem floruerunt. Primus quem commemorat, est al-Kádhí Ijádh (عياض), iudex Granatensis, qui anno 544 diem supremum obiit; ultimus Alí ibn-Mohammed ibn-خطاب ibn-Abdo-'r-rahmán al-Bádjí, qui anno 714 obiit.

Codex, qui 61 foliis formae maximae (inde a Codicis fol. 173) constat, incomte exaratus est anno 845. Folia nonnulla sunt chartae albae, alia vero chartae flavae debilissimae, quae nunc non sine difficultate legi possunt.

Hádjí-Khalífah hoc compendium in voce الشاش non commemorat quidem, sed illud ei haud incognitum fuisse, patet ex iis quae ait ubi de Ibn-Asákiri opere loquitur (II, p. 187). Nostrum exemplum in Europâ unicum videtur.

DCCCCIII. (Cod. 416 (1) Warn.)

As-Sojutíi (+ 911) *Classes Interpretum Koráni*, quod opus ex hoc Codice, unico in Europâ, edidit Doct. Meursinge.

DCCCCIV. (Cod. 568 Warn.)

كتاب ذكر اخبار اصبهان وفتحها ومن دخلها من الصحابة ومن حدث بها من اهلها والقادمين عليها والراحلين عنها auctore *Abu-Noaim* Ahmed ibn-Abdolláh ibn-Ahmed ibn-Ishák Ispahanensi, qui anno 430 diem supremum obiit [1].

1) V. Hádjí-Khalífam in v. تاريخ اصبهان, II, p. 108.

Sunt duo tomi uno volumine comprehensi.

Librum potius ad historiam literariam referendum esse quam ad historiam politicam, iam statim patet ex praefatione, ubi auctor dicit, se a quodam amico rogatum fuisse ut librum componeret de traditionariis, kádhíis et fakíhis, verbo de theologis Ispahanensibus, praemissis praemittendis de huius urbis origine, aedificatione, expugnatione et proprietatibus.

In Introductione scriptor itaque primum agit de Persarum praestantiâ (ex traditione); tum sequitur (fol. 9 r.) caput inscriptum: ذكر بدئ اصبهان وعدد مدنها ورساتيقها, ذكر (11 v.) ذكر تسمية القوّام بالمساجد الجامع (12 r.), نفقة الجامعين بالبيهودية (ibid.), ذكر بعض خصائص (19 r.), ذكر فتح اصبهان ذكر من (27 v.), اصبهان من المنافع والعبر التى اختصّ بها اعلها قدم اصبهان من الصحابة. Fol. tandem 47 v. ad id quod rei caput erat, transit auctor, nempe ad vitas theologorum Ispahanensium enarrandas.

Codex, unicus in Europâ, exaratus est anno 636.

---

22. VITAE IUDICUM.

DCCCCV. (Cod. 970 Warn.)

Inter complures qui de Aegypti Iudicibus librum composuerunt, fuit Ibn-Hodjr al-Askalání (+ 852), cuius liber vocatur "رفع الاصر عن قضاة مصر". Reperitur hic liber in Bibl. Paris. n. 691. Appendice illum auxit as-Sakháwí, qui, teste Hádjí-Khalífâ, appendicem vocavit بقية العلماء والرواة. Hunc vero titulum in nostro Codice non reperi, quippe cuius inscriptio est: هذا كتاب ذيل السخاوى على رفع العصر عن قضاة مصر ☆

Hic itaque liber vitas continet Iudicum Aegyptiorum quorum nomina haec sunt:

2 v. ابراهيم بن محمد بن عبد الله بن سعد برهان الدين الحنفى ويعرف بابن الديرى

4 v. ابراهيم بن محمد — برهان الدين ابو اسحق المغربى القُهوقى اللقانى المالكى

5 v. احمد بن ابراهيم — عز الدين ابو البركات — الحنبلى

23 v. احمد بن احمد — بهاء الدين المالكى

ibid. احمد بن احمد — ولى الدين الاسيوطى الشافعى

28 v. احمد بن عبد الله — شهاب الدين الاموى المالكى

29 r. احمد بن على — *Ibn-Hodjr*, auctor historiae Iudicum Aegypti et praeceptor as-Sakhâwii.

33 v. احمد بن محمد — المالكى — ويعرف بابن تَقِى (بفتح القوقانية ثم قاف مكسورة نسبةً للقب بعض اجداده تقى الدين)

35 v. احمد ين محمد — صلاح الدين الحبشى المكينى

39 v. احمد بن محمود — شهاب الدين الاذرعى الدمشقى الحنفى عرف بابن الكشك

40 r. احمد بن ناصر — شهاب الدين ابو العباس القدسى الباعونى الناصرى الدمشقى الشافعى

41 r. احمد بن نصر الله — محبّ الدين — التسترى الاصل البغدادى المولد والدار الحنبلى

46 r. الحسن بن على — الحنفى عرف بابن الصواف

47 v. زكريا بن محمد — زين الدين الانصارى الشافعى

52 v. سعد بن محمد — شمس الدين النابلسى الاصل القدسى الحنفى عرف بابن الديرى

58 r. سليمن بن ابى العزّ — صدر الدين ابو الربيع الحنفى

59 r. شاهنشاه بن بدر الجمالى الارمينى امير الجيوش ابو القاسم

60 r. صالح بن عمر — علم الدين ابو البقا الشافعى

71 v. عبد القادر بن احمد — ابو الثنا المالكى ويعرف كأبيه بابن تقى

72 v. على بن محمد — صدر الدين ابو الحسن الحنفى عرف بابن الادمى

74 r. على بن محمود — علاء الدين ابو الحسن — الحنبلى عرف بابن المغلى

76 r. على بن نصير السخاوى

76 v. على بن يوسف — نور الدين المالكى

ibid. عمر بن ابى بكر — سراج الدين ابو حفص المالكى

78 r. عمر بن عبد الوهاب — صدر الدين الشافعى ويعرف بابن بنت الاعز

78 v. عمر بن محمود — سراج الدين الرازى المصرى الحنفى

79 r. محمد بن احمد — شمس الدين الحنفى عرف بابن الامشاطى

84 r. محمد بن احمد بن عثمن بن نَعِيم بن مقدّم — بن عُلَيْم

91 r. محمد بن احمد — ناصر الدين ابو الخير الحنفى ويعرف بابن الاخميمى

93 r. محمد بن احمد — جمال الدين المالكى عرف بابن التنيسى

ibid. محمد بن احمد — بدر الدين ابو الاخلاص المالكى عرف بابن التنيسى

94 v. محمد بن احمد — ولى الدين السفطى الشافعى ابن عمة الفاخر الاسيوطى

99 r. محمد بن اسحق — تاج الدين السلمى المناوى الشافعى

99 v. محمد بن ابى بكر — حسام الدين ابو عبد الله المالكى عرف بابن حريز

101 v. محمد بن عبد الرحمن — تاج الدين ابو سلمة الشافعى

102 v. محمد بن عبيد الله — ابو عبد الله القرشى الكُريرى

103 r. محمد بن عثمان — محبّ الدين الحنفى عرف بابن الاشقر

107 r. محمد بن على — شمس الدين ابو عبد الله الشافعى

113 v. محمد بن عمار — شمس الدين ابو ياسر المالكى عرف بابن عمار

116 v. محمد بن عمر — ناصر الدين ابو غانم الحنفى عرف بابن العديم

117 v. محمد بن عمر — شمس الدين ابو عبد الله الحنفى عرف بابن المغربى

119 v. محمد بن محمد — بدرالدين الحنبلى عرف بالسعدى

124 v. محمد بن محمد — زين الدين ابو القاسم المالكى

125 r. محمد بن محمد — بدر الدين ابو السعادات الشافعى

132 v. محمد بن محمد — ناصر الدين عرف بابن الصالحى

133 r. محمد بن محمد — ولى الدين ابو البقا المالكى

137 v. محمد بن محمد — شمس الدين الشافعى

138 v. محمد بن محمد — محبّ الدين ابو الفضل الحنفى عرف بابن الشحنة

166 v. محمود بن احمد — بدر الدين ويعرف بالعينى

172 r. موسى بن احمد — شرف الدين ابو البركات الحنفى عرف بابن عيد

184 r. ابو بكر بن محمد — زين الدين الشافعى

Codex, 192 folia continens, Meccae exaratus est decimo Arabum saeculo. In fine accedit carmen duarum paginarum, inscriptum: هذه القصيدة من نظم القاضى ابى معلى حمزة بن عبد الرزاق بن ابى حصين يرثى مخلص الدولة ابو (ابا l.) الفتوح مقلد بن نصر بن سعد الكنانى وهى من فاتك الشعر قليلة الوجود بايدى الناس۞

Aliud huius operis exemplar exstat in Bibl. Reg. Paris. (n. 690). In Bibl. Escur. exstat Codex (n. 1676) qui, ut e Casirii verbis efficio, est autographum et Lexicon biographicum Iudicum Aegyptiorum continet, sed cuius auctor a Casirio non nominatur.

INDEX ARGUMENTI.

Poësis.

a. libri Arabici. . . . . pag. I.
b. libri Persici. . . . . » 106.
c. libri Turcici. . . . . » 126.

Cosmographia.

a. libri Arabici. . . . . » 131.
b. libri Turcici. . . . . » 140.

Historia. *a.* libri Arabici.

1. Introductio. . . . . » 142.
2. Historia universalis. . . . . » 143.
3. Historia antiqua. . . . . » 155.
4. Historia Mohammedis et Khalifarum. . . . . » ibid.
5. Historia Alíi et Alidarum. . . . . » 163.
6. Historia Arabiae. . . . . » 169.
7. Historia Syriae. . . . . » 175.
8. Historia Aegypti. . . . . » 179.
9. Historia Habyssiniae. . . . . » 184.
10. Historia Mauritaniae et Hispaniae. . . . . » 185.
11. Historia Mahmudi et Tímuri. . . . . » ibid.
12. Historia Othmánica. . . . . » 187.
13. Historia religionum. . . . . » ibid.
14. Historia miscella. . . . . » 188.
15. Historia monetae. . . . . » 190.
16. Vitae. Introductio. . . . . » 191.
17. Biographia miscella. . . . . » 195.
18. Vitae grammaticorum. . . . . » 205.
19. Vitae poëtarum. . . . . » 206.
20. Vitae mathematicorum, astronomorum, philosophorum et medicorum. . . . . » 289.
21. Vitae prophetarum, virorum sanctorum et theologorum. . . . . » 298.
22. Vitae iudicum. . . . . » 317.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-32077/fragment/page=00000332

Alt 236

1

ULB Halle
000 329 940
3/1

LS 4/8/151(2)